

ntentum, hoc pacto non est simonia celebrare Missam, concionari, &c. ob stipendium; dummodo primario cultus Dei intendatur, licet sine stipendio actio non fieret; qui emolumentum illud tunc est finis impulsivus, non essentialiter specificativus actionis.

1228 Pariter non est simonia, si pater det, aut promittat filio munus, si Sacramento frequenter infideli, ut baptizetur: vitam haereticum damnato, ut fiat catholicus: alimentum juveni, ut fiat clericus: dotem puellae, ut fiat Monialis, quia ad intendendum non per modum retributionis, seu commutationis, quo pacto utique esset simonia: sed ut pura conditio, & finis impulsivus; quo scilicet intendit impellere infidelem, ut amore fidei moveatur ad suscipiendum baptismum, &c. qui finis cedit non in emolumentum donantis, sed in utilitatem ipsius recipientis; adeoque nullus habetur contractus, sed fit sicut in liberali donatione.

1229 Pro re igitur spirituali nunquam potest res temporalis dari in pretium, bene vero. 1. per modum subsidii in sustentationem ministrum in gratiam alterius occupati. 2. per modum elemosynae. 3. per modum oblationis, qua Deo fit in persona ministrum. 4. per modum liberalis gratitudinis.

1230 Simonia juris divini & naturalis est. primo vendere actus Ordinum procedentes à potestate spirituali, ut absolvete, consecrare, benedicere, &c. Quia à potestate spirituali procedunt, & insuper ad effectum spirituales ordinantur.

1231 Secundo. Vendere actus jurisdictionis spirituales, sive pro foro conscientiae, ut vota commutare, &c. sive pro foro exteriori, aut dispensare in matrimonio. Unde id, quod à Curia Romana pro dispensationibus in matrimonio exigitur, non exigitur in pretium dispensationis, sed per modum multae, per quam compensetur recessus à lege communi, & ad reddendum difficilem talem recessum, ad piam causam applicandam, aut in viam fulfillmentionis, & onerum ferendum. Ita Pirhing. in *Com. lib. 5. tit. 3. sect. 3. §. 1.*

1232 Denique simonia juris divini & naturalis est vendere actus jurisdictionis Ecclesiasticae, etiam si versentur circa materiam contentiosam, aut temporalem, & politicam. Horum ratio est, quia hi actus procedunt à potestate spirituali.

1233 Non est simonia dare alicui pretium temporale pro omissione actus jurisdictionis peccaminosae, etiam si sit actus jurisdictionis; v. gr. ut se ablineat ab actu spirituali, quem

cum injuria, sacrilegio, &c. est positurus; quia tunc pretium non datur ad actum spirituale patrandum, sed ad peccatum omittendum. Qua ratione non est simonia dare pecuniam Electoribus, ne indignum eligant.

1234 Non est simonia, pretium dare pro omissione actus spiritualis, qui non fit actus jurisdictionis, etiam si ad illum quis ex officio tenetur, si talis omisso nullum effectum spirituale moraliter post se relinquit: Ut si quis Sacerdoti pretium daret, ut horarum recitationem omittat; quia talis omisso, nec in se est spiritualis, nec effectum spirituales relinquit; nec est actus potestatis spiritualis.

1235 In casu omissionis, haec fit regula generalis. Dare pretium pro omissione actus spiritualis, est simonia, si omisso fit actus Ordinis, aut jurisdictionis spiritualis, vel talis omisso post se relinquit effectum spirituales. Minime est simonia, si talis omisso sit parus actus exercitii libertatis.

1236 Hinc non committit simoniam, qui pecuniam dat Sacerdoti, etiam Parocho, ut non baptizet, non celebret, non excipiat confessionem. Committit vero simoniam, si pecuniam eidem det, ut poenitentem post auditam ejus Confessionem non absolvat. Ratio disparitatis est; quia actus Ordinis, & jurisdictionis spiritualis in Sacerdote, & in Parocho, non est non baptizare, non celebrare, non excipere Confessionem; sed baptizare, celebrare, & excipere Confessionem; & hac ratione hi actus positivi non possunt sine simonia vendi; recentius autem omissiones talium actuum, sunt parvae actus exercitii libertatis, qui sunt pretio assimilabiles, adeoque possunt sine simonia vendi. Omisso vero absolutiois poenitentis post auditam ejus Confessionem, est actus Ordinis, & jurisdictionis spiritualis, nam potestas Sacerdotis, & Confessarii, est potestas ligandi, & solvendi, ut constat ex *tom. 3. un. 169.* In priori igitur casu, dum venditur omisso, venditur libertas; in posteriori venditur actus ligandi, qui est actus Ordinis, & potestatis spiritualis, Melphi de *pan. c. 15. ref. 5.* Pirhing. *l. 5. tit. 3. sect. 3. §. 2.*

1237 Non est simonia dare pecuniam Parocho, seu Sacerdoti, ut baptizet, aut absolvat constitutum in articulo mortis, nisi non extante; quia datur ad redimendam vexationem, seu ad revocandum prohibens, minime ut pretium rei spiritualis. Qua ratione (ut bene ait Melphi *cit.*) non est simonia dare pecuniam infideli ad redimen-

dum Eucharistiam; aut Reliquias, quas captivas retinetur, *Quia hoc non est emptio, sed vindicatio ab injuria. Pari ratione, non emoviam, dum latroni pecuniam do; sed velim, ne me intemiat.*

1238 Item non est simonia dare, vel accipere aliquid in pretium ad redimendam vexationem in Beneficiis, dignitatibus Ecclesiasticis, & Praebendis, si quis habeat jus in re, seu jus acquisitum in illa, *cap. Dilectus 28. de simonia.* Hinc D. Gregor. Magnus ut ex Romano refert Fagnanus in *lib. 5. cap. Nobis, de simonia n. 105.* pecuniam Imperatori Mauritio contulit pro confirmatione sui Pontificatus, sine labe simoniae; quia cum jam haberet jus in re ad Pontificatum per legitimam electionem, confirmatio tyrannice usurpata non contulit Pontificatum; unde per eam pecuniam non fuit redemptus Pontificatus, sed executio muneris, ab illa vexatione se liberando. Ita Bononius *cit.*

1239 Quod si habeat jus ad rem, videlicet jus non jam acquisitum, sed primo acquirendum, tunc non licet absque simonia labe aliquid dare ad redimendam vexationem etiam injustam, & dolosam ab eo, qui non tantum obesse, sed etiam prodesse potest; licet tamen redimere ab eo, quia tantum obesse potest. Pirhing. in *nom. lib. 5. tit. 3. §. 6.* Quia in primo casu datur illi, qui prodesse potest ad beneficium obtinendum, intercedendo, aut conferendo, &c. & sic movet, & inducit, & inde pecunia data habet rationem pretii pro beneficio. In secundo casu non datur pecunia, ut beneficium conferatur, sed ut vexator injuste infamare, nocere, & impedire desinat; unde tunc, qui pecuniam dat, illam dat solum, ut iniquas machinationes vexatoris impediatur, minime ut positive influant in beneficii collationem; nam [ut supponitur] prodesse non potest.

1240 Jus ad rem quis acquirit per concursum habitum, in quo sit reperitur dignior, vel per presentationem. Jus in re, quod ad beneficium acquiritur per legitimam electionem, collationem, provisionem, institutionem, vel possessionem, de qua infra *num. 1277.* Pirhing. *cit.*

1241 Simonia est dare pecuniam patrono beneficii simplicis, & non curati, quod est de jure patronatus laici; quia beneficium quale est annexum officium spirituale, nempe munus, praesens, & officia Deo persolvendi, & haec est ratio, cur aliquid dare in pretium pro beneficio, sit simonia: *in m. 502.*

1242 Dices: Licet sine labe usurae recipere pecuniam cum-usura, à potente dare cum

usura, & sine usura, qui tamen vult dare cum-usura; ut in *n. 372.* Ergo licet sine labe simoniae recipere beneficium simplex à patrono potente dare cum pecunia, & sine pecunia; qui tamen vult dare cum pecunia, sequitur à fortiiori, quia usura est prohibita jure divino, simonia in beneficiis jure Ecclesiastico: ut in *n. 1209.*

Respondedo, argumentum etiam probare in beneficio curato ob rationem de *n. 1241.* Disparitas tamen est; quia usura, est fit de jure divino, in dante nunquam potest esse licita, quia potest dare sine usura; in recipiente liberatur à labe usurae, ex necessitate recipientis, & ex liberate dantis, qui potest non dare ad usuram; & praecipua divina non sunt supra vires humanas; aliunde talis receptio non est prohibita, sed solum datio, ut in *n. 362.* In casu simoniae, licet prohibito fit Ecclesiastica, cadit tamen tam supra dantem, quam supra recipientem; quoniam tam datio, seu collatio; quam receptio, est prohibita sub labe simoniae, ut modo de patris dicemus; quia seclusa prohibitione, caret utriusque paritas.

Ceterum paritas tenet, si uniformiter de usura & simonia dicatur; sicut enim in simonia quis peccat, si sine legitima causa recipiat, ita in usura: Est sicut in usura cum legitima causa recipiens non peccat, ita nec in simonia, puta si recipiat media pecunia ad redimendam vexationem, ut modo dicemus.

Et maxime, quia quomvis receptio beneficii sit prohibita jure Ecclesiastico, quantum ad id, quod materiale est, est prohibita jure divino, & naturali, quantum ad id, quod spirituale est.

Q U E R E S I

1243 An simoniam committat, qui dat pretium Electoribus pro Prelatura, aut officio Regalari, *20. gr. Provincialium, Prioratus, Guardianatus, Diffinitiones, &c.*

Negant Bonae *tom. 1. simonia disp. 1. q. 7. §. 2. m. 4. & tom. 2. disp. 2. q. 2. punct. 24. n. 4.* Peyrinus de *subditio qn. 1. c. 31. §. 9.* Barbozaorius, & alii apud Dian. *par. 4. tr. 4. ref. 156.* Quia non sunt proprie beneficia, de quibus intelligi debent jura, nec habent jus ad redditus; ut in *m. 502.*

1244 Mendo in *epit. ver. simonia n. 5.* concedit esse simoniacum; sed addit, non contra-herere ipsa jure excommunicationem; quia sumus in odiosis, & jura excommunicationem lata sententia fulminant pro beneficiis, proprie dictis.

1245 Dico tamen simoniam committere.

Rodr. in Comp. ref. 129. n. 5. Port. ver. Simonia n. 6. Pignatelli tom. 10. consil. 44. Dian. cit. Cajet. Filluc. & alii apud ipsum. Quia Prælati sunt beneficia Regularia, & habent annexam auctoritatem, & jurisdictionem spirituales: ut in n. 1209. Insuper Diffinitoratus, &c. (quod etiam est commune Prælatibus) sunt officia Ecclesiastica, annexam habentia auctoritatem spirituales.

1246 Tum quia juxtaponatus, seu jus ad præsentandum, item jus ad beneficium conferendum, seu ad eligendum, vendi non potest sine labe simoniae; quia ordinatur ad beneficium, cui est annexum manus spirituale: ita & Diffinitoratus, &c. qui dat jus ad eligendum Prælatos Regulares.

1247 Insuper addo, hujusmodi simonia tum ipso jure contrahere excommunicationem. Ita citati DD. cum Sorbo, qui refert Bullas Pauli II. Pii IV. & Pii V. indignitas penas excommunicationis late sententiae, & privationis ipso facto ab officio, vel beneficio simoniae adepti, & inhabilitas ad alia. Ubi nomine *Officiorum* usi sunt Pontifices. Et quidem de dictis Prælatibus, & officiis, verificatur definitio simoniae: de nu. 1202.

QUERES II.

1248 An sit simoniaca commutatio Prælatu-
rum, & officiorum Regularium?
Sine labe simoniae potest commutari etiam ex pacto spirituale pro spirituali: v. gr. Reliquia pro Reliquia, Missa, pro Missa, quia simonia est commutatio rei spiritualis, aut spirituali annexæ, pro pretio temporalis.

1249 An hæc commutatio est simoniaca, si fiat in beneficiis, idque ex Jure Canonico, ex cap. De hoc autem, de simonia. Ita Com. Unde commutatio spiritualis pro spirituali non est censenda simoniaca, nisi in casibus expressis in jure.

1250 Hinc difficultas oritur: An sit simoniaca commutatio Prælatu-
rum, & Officio-
rum Regularium: de n. 1243. Non esse simoniacam tenet Sanchez, Victorin. & Sotus apud Dian. p. 4. r. 4. ref. 150. & alii de usu. 1243. ob rationem ibi allatam. Et sic dicunt, non committere simoniam electores, si inter se conveniant hoc pacto: *Si tu dederis mihi tuum suffragium in hac electione, ego dabo tibi meum in illa alia.* Vel si ad eundem effectum promittatur Guardianatus, aut Diffinitoratus.

1251 At dico, esse simoniam, ut constat ex dictis n. 1245.

QUERES III.

1252 An excusari possit a simonia praxis illa, quæ dicitur: *Quod in Capitulis, in quibus diverse fiunt electiones, Electores in vicariatu dicitur in Communi, aut Provinciale, conveniunt, ut postea talis eligatur in Provinciale, Definitor, Guardianus, &c.*

P. Eyr. tom. 3. privi. cap. 9. n. 7. Pelliz. & alii docent, posse excusari ex duplici capite. Primo, quia sic eligendus non promittit aliquid pendens à sua libera potestate (quod solum videtur prohiberi in cap. De hoc, de simonia) siquidem quantumvis eligendus sit promittit, adhuc possunt electores illum eligere, aut non eligere, & de facto plures interdum contradicunt, ita ut in talibus electionibus, eligendus non habeat nisi proprium votum. Unde praxis illa videtur potius quædam convenientia, seu concordatio electionum faciendarum ad terminandam tractatum electionis, quam realis aliqua promissio.

1253 Secundo, quia talis tractatus est mere consultorius, minime conventionalis, aut conditionalis; tunc namque unquam esset simoniaca, quia intercederet verum pactum, & promissio realis.

Diana par. 3. r. 2. ref. 125. docet ex Rodr. & Villal. non committi simoniam, si inter electores non interveniat pactum, sed tantum oblatio future spei, ut si dicit: *Da hinc votum, & providebitur tibi de alia re.*

1254 Quibus addo, præstant praxim (reali promissione seclusa) præsentibus temporibus sæpe expedire ad vitandas discordias, quæ alias prædenter timerentur; ad terminandam tractatum electionis pacifice, & sine scandalo, uti Religiosos docet; ad providendum de Superiore magis opportuno, & Religiosis magis charo; & pluries ad faciendam electionem dignioris, aut ad vitandam electionem indigni, vel ne veniat electio digni, digniore relicto, quæ prædenter timerentur ex sequela vocalium, quam quidem Pater posset habere, aut ex indubita eorundem passionem, non respiciente Deum, fed propriam unionem, vel humanam officiositatem, quæ uniones, non semel, dici debent potius factiones per Sacros Canones, & Constitutiones damnatas, quam Religiosa fraternitas.

Tum quia, qui tenetur ad finem, tenetur uti mediis necessariis ad obtinendum finem, juxta regulam juris: *Qui vult consequenti, vult & antecedens conducent ad illud.*

1255 Hinc Peyr. cit. n. 14. docet, electores teneri ad tractatus mere consultorios præmittendos, adhibendo mediocrem diligentiam ad inquirendum digniorem.

Advertendum tamen est in hujusmodi tractatibus, ut si simoniam fugiat, in subornationem non incidat.

SUBORNATORES

1256 Dicuntur, qui donis, & promissis, comminationibus, & obsecrationibus importunis laudibus, aut vituperationibus falsis aliquem inducere conantur, ut sibi, vel alteri suffragium in electionibus ferat: quive colligantur, aut inductione fecerint. Ita in *Constitut. nostris c. 7. n. 43.* Melphi de panis c. 15. q. 3.

1257 Obsecratio debet esse importuna, ita ut importet vehementem violentiam precum aptam ad extorquendum suffragium; secus, si sit civilis & blanda. Laudes pariter debent esse importuna. Secus si quis laudem, consulat, & conferat civiter in ordine ad sanctam electionem dignioris.

1258 Vituperationes debent esse falsæ, aut de delicto vero, fed occulto, & ita ut immoderantur. Ut si quis malæ lingue minitur: *Si non dederis mihi suffragium, publicabo te fornicarium.*

1259 Colligatio, & inductio habetur, cum quis, minime zelo publici boni, fed ut de electione disponat, alios electores allicit, & impellit, ut secum permaneant.

1260 Penæ subornatorum sunt excommunicatio late sententiæ reservata Generali, si electio fuerit Superiorum inferiorum; est autem reservata Papæ, si fuerit electio Generalis ex Constit. Greg. XIII. Insuper privato ælium legitimum ipso facto.

1261 Requiritur tamen effectus securus.

DE OFFICIIS ORDINUM MILITARIUM, ET ACADEMIARUM.

1262 Mendo in epist. ver. *Simonia n. 6.* & 7. hæc habet:

1. Certo probabile est, non esse simoniam vendere Commendas Ordinum equestrium Hispaniæ; nam minime conferuntur propter munus Ecclesiasticum, aut finem spirituale, nec requiritur Ordo, nec recitationem horarum, & præstantur ob labores pretio æstimabiles militiæ; & quamvis ex fructibus Ecclesiasticis comparentur, tamen certum est, plures accipere reditus ex ejusmodi fructibus ob temporalem laborem in Ecclesiæ utilitatem impensum. Idem est de habitibus equestribus, quippe conceduntur intuitu finis temporalis: & quos emit, non intendit emere Religionem (est enim Ordo D. Joannis Hierosolymitani) fed

honorem, & splendorem temporalem. Et quamvis ea venditio, olim valde communis, sit jam prohibita, ob motiva urgentia, & ob opinionem contrariam; tamen id non tollit probabilitatem hujus opinionis, quæ ex consuetudine antiqua vendendi eos habuit, non parum roboratur; nam id nunquam fuisse permisum, nisi opinionis certo probabili initeretur.

2. Non est simonia, accipere, & præstare pecuniam pro gradibus, qui in Academiis conferuntur; nam omnia, que in eis præstantur, potestates, & privilegia, sunt bona na naturalia pretio æstimabilia, & que ad finem supernaturalem proxime, & immediate non referuntur; & quamvis conferantur potestate Pontificia, potest Pontificis conferre aliqua temporalia ad splendorem rerum spiritualium, & ad illas conducentia, sicuti illi gradus, maxime in Theologia, & jure Canonico, conducent.

PENÆ SIMONIACORUM.

1263 P. Rimo, ob simoniacam collationem, & susceptionem Ordinum, etiam primæ Tonfuræ, scienter habitam, incurritur excommunicatio major, & suspensio ab extrinseco Ordinum susceptorum Papæ reservata, ita ut conferentes sint suspensi à collatione jususlibet Ordinis, etiam primæ Tonfuræ.

2. Ob simoniam realem in beneficio scienter contractam incurritur etiam ab utroque excommunicatio major Papæ reservata. 3. Irrita est electio, præsentatio, confirmatio, unde talis non facit fructuosus; idque etiam si à tertia persona tali modo provetus vitium illud ignoraverit; nisi suspicatus sit, ne simoniam committeretur, & omnino contradixerit; vel nisi a tertio data fuerit pecunia in fraudem, ut redderetur inhabilis; vel nisi electus simoniam ignorans, beneficium per triennium bona fide possederit. 4. fit inhabilis ad idem beneficium; quas penas incurrit ipso facto, etiam si simonia fit occulta. Ad aevam autem beneficium non fit inhabilis ante sententiam judicis.

Simoniacus tenetur ipso facto renunciare beneficium, nisi dispensationem à Romano Pontifice obtinuerit, & fructus, utpote nulliter perceptos. Non tenetur restituere fructus bona fide consumptos, sed eos, quos habet, quando mala fides incipit, quia tunc incipit esse possessor malæ fidei. Eos restituere tenetur Ecclesiæ; qui est facta injuria.

Pretium simoniace acceptum, restituendum est ipsi danti, si non sit secuta collatio; &

vero sit fecuta, probabilis, quod restitui debeat Ecclesie beneficii, quia Ecclesia tam dantem, quam recipientem punire intendit; vel, pauperibus, ubi est consuetudine receptum.

SIMONIA CONFIDENTIALIS

1264 **H**abet locum in beneficiis; Et tunc est, quando quis alteri dat, cedit, aut procurat beneficium in confidentiam cum intentione eam obligandi, ut post aliquod tempus illud resignet sibi, vel alteri, v. gr. suo nepoti, amico, &c. vel cum onere ut pensionem aliquam, seu fructus in totum aut in partem solvat ipsi danti, cedenti, procuranti, aut alteri ad ejusdem libitum. Hæc si nullam intercedat pactum exterius, est simonia confidentialis mentalis; si intercedat, est conventionalis; si pactum ex utraque parte completum, est realis; ut in n. 1207.

Quantum ad ejus penas, ait Busem. Simonia confidentialis completa dato & accepto beneficio licet accipiens promissionem vicissim non impleverit, inducit. 1. excommunicationem majorem utrique parti contrahenti, Papa reservat aut. 2. annullat resignationem, & collationem beneficii, in quo est commissus, & inhabilitat ad id postea obtinendum. 3. privat omnibus beneficiis, & personibus ante obtentis, non tamen ante sententiam tam. 4. beneficium sic collatum soli Pontifici reservatur.

Que leges sunt latæ à Pio IV. & Pio V. ad evitandas fraudes, quæ in collatione, cessione, procuracione, & consecutione beneficiorum fieri possunt.

Licite potest Pontifex beneficium uni conferre reservata pro alio pensione; tunc enim nil aliud facit, quam fructus beneficii dividere; partem beneficiario dando, & partem alteri benemerito reservando.

De Simonia agunt Scotus in 4. d. 25. q. 1. lit. D, T & dist. 13. q. 2. lit. H. Matritius disp. 14. q. 3. Bonac. to. 1. la Cruz, Melphi, de Penit. c. 615. Fagnanus lib. 1. C. Non sine Arbitris, & lib. 5. tit. de Simonia, Pirhing. lib. 5. tit. 3. Clericus c. 35. Ant. à Spir. s. tom. 1. tr. 4. Cardenas disp. 27.

DE BENEFICIIS.

1265 **B**eneficium Ecclesiasticum, vocatur definitum ut in n. 902.

Beneficia Ecclesiastica multipliciter dividuntur, & præsertim, alia sunt Curata, quibus est annexa cura animarum, five quoad forum internum, qualem habent Parochi respectu suorum Parochianorum, five contentiosa, & quoad forum externum: Et alia non curata, quibus talis cura non est annexa.

Irem alia sunt duplicia, alia simplicia. Duplicia sunt, quibus est annexa aliqua solemnitas qualitas juris, videlicet Cura animarum, jurisdictionis, præsentimentia, aut administratio rerum Ecclesiasticarum. Hinc Archidiaconatus est duplex, quia habet præsentimentia quoad locum magis honorarium. Simplicia sunt, quæ nullam talem solemnitatem habent, sed instituta sunt ad preces, & officia Deo prestanda: hujusmodi sunt Canonici tam Cathedralium, quam Collegiarum.

1266 Insuper alia sunt manualia, alia non manualia. Manualia sunt, quæ conferuntur revocabilitur ad nutum Superioris: Talia sunt plura Regularium beneficia, quæ nec sunt electiva, nec curata. Non manualia sunt, quæ conferuntur in perpetuum, dum beneficiarius vivit, ita ut amoveri non possit, nisi in penam delicti; & hæc sunt vere, & proprie beneficia.

1267 Denum. Alia sunt Collativa, quæ conferuntur à libera voluntate eorum, & ad quos collatio pertinet.

1268 Alia Electiva, quæ conferuntur mediante electione à Clericis, seu Canonicis facta, legitime à Superiore confirmata. Alia sunt Patronata, quæ nominante Patrono, ad quem spectat Clericum promovendum præsentare, sibi Episcopo conferuntur.

1269 Beneficium personale, seu personatum, est illud, quod instituitur ex rebus certis, & stabilibus, auctoritate Episcopi, in favorem alicujus personæ, quæ sola, vel alii duo, aut tres, juxta voluntatem fundantis obtineant illud, & postea beneficium cessat, & reditus illi in alia opera pia convertantur, juxta mentem ejusdem fundantis.

1270. Unde personatus sunt Beneficia Ecclesiastica, quæ primam tonsuram exposcunt, & obligant ad recitationem Officii Divini, sed non sunt perpetua. Vacat beneficium, ubi qui illud habet, moritur. Mendo in Epit. ver. Beneficium, non. 38.

1271 Capellaniam collativa, quæ scilicet auctoritate Episcopi erigitur, ex n. 904. est beneficium, cui est annexum onus Officii Divini; adeoque dat titulum sufficientem ad Ordines Sacros, & juxta spirituale ad fructus percipiendos; nec potest conferri, nisi Clerico, & à persona Ecclesiastica. Capellania vero non collativa, quæ temporalis dicitur, est illa, in cujus erectione nulla intervenit Episcopi auctoritas, sed consistit in assignatione determinata salarii pro celebratione, & servitio præstando; adeoque non est beneficium, nec obligat ad Divinum Officium,

cium, nec dat titulum ad Ordines; nec pactum de ea (si quod fiat) est simoniacum, bene vero, si fieri pro Collativa.

1272 Potest autem Capellania de consensu Episcopi fundari cum expressa conditione, ut non teneatur Capellanus Officium recitare, donec sit initiatus in sacris, Mendo verb. Capellania, n. 9.

1273 Non potest Beneficium conferri, nisi vacet, Trid. sess. 24. de Refor. c. 19. ne quis alteri mortem procuret, aut optet.

1274 Beneficio vacante, Collatoribus conceditur tempus sex mensium, intra quos si conferre negligant, ipsi privantur pro ea vice potestate conferendi, & collatio ad proximum Superiorem devolvitur, c. 2. de concess. Præbend.

1275 Si autem provisio faciendi sit per plurimum electionem pro Ecclesia Cathedrali, aut Regulari, conceditur tempus trium mensium, intra quos si electio celebrata non fuerit, provisio devolvitur ad Papam, ex jure novo Extravag. ad Regimen 13. de Præb. Patitur trium mensium tempus conceditur pro Ecclesia Collegiata, si provisio faciendi sit de Prelato Ordinarium Jurisdictionem habente in Clericos sue Ecclesie. Phæbeus lib. 1. c. 15. ex pluribus iuribus: v. numer. 1345. & 1346.

1276 Ecclesie vacanti tribus modis providere potest: Per electionem, per postulationem, & per nominationem. Electio, est alicujus personæ idoneæ ad dignitatem Canonice vocatio. Postulatio, est quedam gratiæ petitio Superiori facta de promovendo aliquem ad Prælationem, ad quem de jure communis, propter defectum aliquem, vel impedimentum, eligi, seu promoveri non potest. Unde postulatio est personæ, quæ prohibetur eligi, non propter vitium, sed propter defectum; puta si patiatur defectum natalium, etatis, Ordinis, quatenus laicus est, aut in minoribus, &c. Nominatio, est presentatio unus, vel plurium à patrono facta Prelato, ad quem spectat Clerici promotio, & Beneficii collatio.

1277 Electio, Postulatio, & Nominatio conveniunt in hoc. 1. Quod Electio, & Postulatio sit facta à majori parte Capituli. Idem dic de Nominatione, qui spectat ad plures. 2. Quod repellatur indignus.

Si tamen electio cum postulatione concurrat, videlicet, si una pars suffragiorum Capituli postulet unam personam, & alia eligat aliam: tunc ut prævaleat postulatio, requiritur, quod postulantes sint duæ partes ex tribus.

Quod si postulantes non adæquant duas tertias partes, sed eligentes excedant unam tertiam partem, prævaleat electio, ex cap. Scriptum ap. de elect. Ratio est, quia postulatio est modus providendi extraordinarius, qui nititur gratiæ: electio est modus providendi ordinarius magis fundatus in jure, & ideo minus requiritur ad electionem: vid. num. 1275.

1278 Differunt in hoc, quod per electionem acquiritur jus electio ante confirmationem, jus inquam beneficii, & administrandi; nam electio dat beneficium, confirmatio vero solum dat exercitium. Per postulationem jus acquiritur postulatolo post postulationis presentationem Superiori factam.

Per nominationem jus acquiritur nominato post presentationem. Unde ante presentationem possunt postulantes, aut nominantes, à postulatione, aut nominatione recedere; minime post presentationem.

Verum tamen est, quod sicut, si electus admittitur ante confirmationem, ejus electio cassatur, ex e. jam dudum, de præbend. Ita si postulatus admittatur ante admisionem postulationem, privatur jus postulationis, ex cap. Bone memorie. Et sic pariter nominatus si admittitur ante admisionem. Hinc electio dicitur confirmari, postulatio & nominatio admitti.

1279 Item differunt: Quia electio, & postulatio sunt tantum de uno nominatione de pluribus, puta de duobus aut tribus, uti primo nominatus censetur dignior, c. Quorundam de elect.

Hinc, si unus tantum nominetur, erit quæsi postulatio, non nominatio.

Denique differunt, quia electio fieri debet de digniori, Conc. Trid. sess. 24. de refor. cap. 18. postulatio autem fit de ineligiblei, non ob crimen, sed ob defectum dispensabilem, ut in n. 1276.

1280 Electio indigni esset nulla: unde electus non facit fructus suos, & tenetur illos restituere.

1281 Electio digni relicto digniori, etiam per concurrem, est valida, sed illicita. Imo Fagnanus in lib. 7. C. Mandato de Simonia n. 29. cum Nav. vult, quod impediens, ne post concurrem Beneficium detur digniori, teneatur ad restitutionem: v. infra tit. de restitutione.

Diana p. 3. tr. 5. ref. 110. subdit, probabile esse, & tutum in praxi, quod electores non teneantur ad restitutionem: fateatur tamen affirmativam opinionem esse probabiliorē: v. Tamb. tom. 1. lib. 8. tr. 3. c. 4. §. 3.

1282 Diana cit. cum nonnullis, plures (ait) esse causas, quæ à mortali exulant eligentes minus dignum digniore relicto. Primo Quando excelsus dignitatis non est notabilis. 2. Quando dignus est indigena, dignior vero alienigena. 3. Quando major pars vult eligere minus dignum. Quod procedit (subdit ipse) etiam si electores jurarent eligere digniorem, & sic eligens est minus dignus, quando est magis acceptus Conventui. In similibus namque casibus impletur iuramentum secundum rationabiliorum intentionem secundum quod nulli, apud Azor. in cit. cap. 15. quest. 3. & 4. posse nonnunquam iacobiti doctores, ac laetiori, præserti nobiliori, & potentiori, sufficienti doctrina, ac probitate donatum, quando scilicet Beneficium indiget defensore, vel protectore administrante; item præserti posse, qui certo cognoscitur esse dignus, seu sufficienter doctus, & probus, relicto doctiori, cuius vita ignoratur, de qua re extat etiam declaratio Cardinali Congr. Conc. citat à Platæ. in Præf. p. 2. c. 5. art. 2. num. 10. Ex eadem quoque maioris utilitatis Ecclesie ratione descendit, externi no magis idoneo præserti debere idoneum, qui sit ex eadem civitate, vel de gremio Ecclesie, ex c. Nullus 13. dist. 61. Præsumitur enim utilis, & cum majori perita administratur res Ecclesie, qui in eadem suam Collegium ex ipsis Cardinalibus digniorem eligit, ut præscribitur in c. Oportebat, 3. cum seq. dist. 79. quamvis extra Collegium alius iplo dignior invenitur.

1283 Illud certum est, quod dignior ille censendus est; Qui omnibus pensatis, & respectu habito ad doctrinam, & mores utilior Ecclesie futurus iudicatur. Ita com. v. infra tit. de vestit.

1284 Hinc loquendo de Superioribus Regularium, Port. verb. electio, num. 20. & 21. doctrinam ait:

Si video, Petrum esse digniorem, & tamen major pars communitatis est inclinata infidelitèr ad Franciscum minus dignum, sed tamen dignum, postsum suffragari Francisco minus digno: quia tunc frustraneum est suffragari Petro digniori, & nemo tenetur ad actum frustraneum: Vega in Sum. Moral. 1. ver. Electio, casu 1. At si major pars inclinat ad indignum, nunquam licet illi suffragari.

Denique pro complemento, & consolatione aliquando Religiosorum, attendenda est doctrina D. Th. quodlibet 8. art. 6. quam tradit Comitolus lib. 1. resp. Monachum, q. 77. cum multis, ubi ex D. Thom. dicit, quod licet simpliciter, & absolute eligendus sit melior: hoc debet intelligi, quod non sit melior simpliciter, & absolute, sed sufficit, quod sit melior ad hoc officium, & hic est melior secundum quid. Et ponit ibi exemplum Comitulus: quod aliquando minus sanctus poterit habere maiorem pietentiam, & industriad sæcularem, vel aliquid huiusmodi, quod pro nunc magis con-

ducit ad bonum commune, & dispensationes spirituales ordinantur ad bonum Ecclesie. Denique arbitrium boni viri debet perficere variis circumstantiis temporis, personarum, &c. ex quibus inferre possit, quod quis pro nunc sit dignior secundum quid, id est, in ordine ad hoc officium: ita tamen ut nunquam eligatur indignus.

Et Phœbeus lib. 1. tit. 12. n. 7. inquit: Qua ratione tradunt etiam Authores nonnulli, apud Azor. in cit. cap. 15. quest. 3. & 4. posse nonnunquam iacobiti doctores, ac laetiori, præserti nobiliori, & potentiori, sufficienti doctrina, ac probitate donatum, quando scilicet Beneficium indiget defensore, vel protectore administrante; item præserti posse, qui certo cognoscitur esse dignus, seu sufficienter doctus, & probus, relicto doctiori, cuius vita ignoratur, de qua re extat etiam declaratio Cardinali Congr. Conc. citat à Platæ. in Præf. p. 2. c. 5. art. 2. num. 10. Ex eadem quoque maioris utilitatis Ecclesie ratione descendit, externi no magis idoneo præserti debere idoneum, qui sit ex eadem civitate, vel de gremio Ecclesie, ex c. Nullus 13. dist. 61. Præsumitur enim utilis, & cum majori perita administratur res Ecclesie, qui in eadem suam Collegium ex ipsis Cardinalibus digniorem eligit, ut præscribitur in c. Oportebat, 3. cum seq. dist. 79. quamvis extra Collegium alius iplo dignior invenitur.

Vide prop. 47. ab Innoc. XI. damn. in p. 5.

PLURALITAS BENEFICIORUM

1285 Cujuscunque generis, est prohibita eidem personæ cuiusvis dignitatis, etiam si Cardinalatus honore fulgeat, à Trid. sess. 24. de refor. c. 19.

1286 Tria autem sunt capita, quibus Beneficia redduntur incompatibilia.

Primum: Si requirant continuam residentiam personalem. Talia sunt Beneficia curatæ, v. gr. duæ Parochie, duo Episcopatus, &c. quæ prout eidem conferri non possunt, nisi unum in titulum, alterum in commendam temporalem.

Secundum: Si sint Beneficia uniformia sub eodem testro, v. gr. duo Canonicius in eadem Cathedrali, quamvis sint Beneficia simplicia; quod dispositum est, ne ob Beneficiorum confusionem minuatut divinus cultus.

Tertium: Si unum ad congruam Beneficia sustentationem sufficiat. Nam plura Beneficia simplicia conferre eidem, cui unum sufficiat,

ciat, est bona Ecclesie dissipare, non dispensare. Et Trid. cit. concludit: Statuit, ut in posterum unum tantum beneficium quatuor pariter fiat: quorum una eadem Pontifici (seu Episcopo) Altera Presbyteris, & Diaconis, & omni Clero, Tertia Temporum, & Ecclesiarum reparacioni. Quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis.

REDDITUM ECCLESIE

1287 A Conc. Rom. 2. cap. 4. sub S. Sylvestro 1. ut patet in Sum. Conc. hæc facta fuit distributio:

Commendo autem vobis omnibus mihi conferentibus momentum hoc, ut de redditibus Ecclesie quatuor pariter fiat: quorum una eadem Pontifici (seu Episcopo) Altera Presbyteris, & Diaconis, & omni Clero, Tertia Temporum, & Ecclesiarum reparacioni. Quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis.

1288 Finis hujus dispositionis ortum habuit, quoniam in primitiva Ecclesia fideles omnes (ut habetur Actorum 4.) vivebant in communi; quia tamen laici coeperunt, bona propria retinere, & modus vivendi in communi solum apud Clericos remansit; ideo edita fuit illata dispositio.

1289 Nunc autem (ait Bardi in Selectis l. 4. g. 10. sect. 1. n. 8.) recentita dispositio non viger cum illo rigore, saltem quoad omnia. Nam nunc Clericis Cathedralibus inferuentibus sunt assignata Præbendæ, & Ecclesie pro fabrica & suppellectilibus sunt applicati quamplures redditus, & oblationes; ut etiam avertit Barbosa de iure Eccles. lib. 3. cap. 17. n. 7. & 8. qui iudo subdit, figuram illum de quarta parte fructuum eroganda Ecclesie, & Clero, remitti. Ita Bardi. Qui concludit ad præsens, servandum esse conductivum: v. n. 1295.

De absent tempore, vide hic n. 513. à num. 529. ad 547. De etate, v. com. 3. an. 104.

QUÆRES I

1290 An Episcopi, & alii beneficiarii sint domini reddituum, seu fructuum, qui ex suis beneficiis ipsi percipiunt?

R. Spondeo, esse veros omnium fructuum dominos, Bardi cit. cell. Suarez, Vafq. Bonac. Bannes, Scotus, & alii 20. Doctores apud ipsum. Insuper ex Canonistis, Fagnan. l. 3. cap. Si quis sanè de Pecul. Cler. num. 3. Pirhing. in Compend. l. 3. tit. 25. §. 2. c. 3. cum aliis multis.

Est contra Panorm. Sylvest. Panus, & alios, qui volunt esse dispensatores, & administrato-

res. Item contra Cajet. qui tenet esse dominos quoad portionem fructuum sine satisfactioni necessariam, quoad excessum vero dispensatores; & inde, si de superfluis dispensant, non in pauperes; aut Ecclesiam, tenenti ad restitutionem.

1291 Ratio communis & firma nostræ resolutionis defunditur ex Conc. Trid. quod in sess. 24. cap. 12. de refor. contra beneficiarium Curatum, Canonicum, & Præbendam dispositum, quod; nisi intra duos menses de possessione, fidei professionem emittat: Privetur dimidia parte fructuum, quorum ratio etiam præbenda, & residentia fecit suos.

1292 Item idem Conc. in sess. 23. cap. 1. de recentis loquens statuit, quod si quis abque legitima causa à Superiore approbata, à sua Ecclesia abire ultra tres menses, five continuos, five interruptos, sub eodem anno: Eum pro rata temporis abentia fructus suos non facere.

Ex quibus locis per locum ab opposito solide inferitur, quod si fidei professionem præscripto tempore emittant, & uti supra, non abint, fructus suos facient; & consequenter, quod sint veri domini omnium fructuum, qui ex beneficiis Ecclesiasticis ipsi percipiunt.

1293 Idem confirmat Julius III. per Bullam, Cam. sine nota, editam 26. Junii 1550.

Unde conclusio cum Fagnano cit. & aliis, Episcopos, & Beneficiarios omnes equiparari usufructuaris in vita, & usufraris in morte, quantum ad hoc, quò in vita habent verum dominium, non quidem proprietatis, & quoad fundos, sed quoad redditus, & fructus: v. n. 1303.

1294 Obijces pro parte opposita quosdam antiquos Canones, maxime c. Clericos, l. 9. 2. c. Quotiam 16. g. 1. ubi Hieronymus vad à Damalio Papat ait: Clericos autem illos conveniens Ecclesie stipendia sustentant, quibus pariter, & propinquiora nulla suffragantur bona: Qui autem bonis pariter, aut suis sustentari possunt, si quod pauperum est, necessarium, intellectum profecto committunt, & per absentiam saltem fructuum sibi mandant, & dantur.

1295 Resp. cum Fagnano cit. n. 16. Bardi, & aliis apud ipsos, tria esse distinguenda tempora. Primum primitive Ecclesie, tempore Apostolorum, quo omnes fideles vivebant in communi.

1296 Secundum, quo laici coeperunt bona propria possidere, & modus vivendi in communi remansit solum apud Clericos: Et hoc tempore communio fuit distributa in quatuor partes: ut in num. 1267. atque editi fuerant relati. Canones, de n. 1294. quibus dispositum fuit, ut Clerici, qui bona patri-

monialia possidebant, viverent solum de illis, & redditus Ecclesie sic competentes distribuerent Clericis indigentibus, & aliis pauperibus.

1297 Tertium tempus est, quo ceperunt Clerici bona propria possidere, Ecclesie dotata, ex cap. *Nona*, de *Consecr. dist. 11. cap. Pastorali*, de *his qui sunt à Prælati*. Item pro Clericis, & ministris erecti fuerunt tituli Beneficiales, & Præbendæ, cap. 1. & per totam dist. 22. C. de *Nulla*, & *Præbendæ*. Et hoc tempore dispositum fuit, in cap. *Episcopi*, in cap. *Quia nos*, de *Testam.* & aliis juribus, ut Clerici possint licite vivere de redditibus Ecclesie, & suis hereditibus bona patrimonialia relinquere.

Et novissime Trid. reatum in tom. 3. à n. 28. ad 73. dispositum, ut nullus Clericus ad Ordines Sacros promoveretur, nisi beneficium, aut patrimonium possideat suæ congruæ, & honestæ sustentationi sufficiens, sub poena Episcopo scienter aliter promoventi, ut teneatur de suis fructibus cum alere: v. loc. cit.

1298 Hinc clare constat, per relatos, & alios posteriores Canones cessasse antiquos, & simul non vigere rigorem distributionis in quatuor partes, ut dictum est n. 1288. Teneri tamen Episcopos de fructibus, qui suæ honestæ sustentationi supersunt, sub mortali elemosynæ clargiri pauperibus, quibus aliter subveniri non potest, ut modò dicemus.

Corroboratur dicta ex iuribus nostri temporis nunc adducendis.

Q U Æ R E S I D.

1299 An Episcopi, & Beneficarij possiderent sufficiens Patrimonium, possint licite de redditibus, & fructibus Beneficij Ecclesiasticis, & provenientibus Ecclesia, vivere iuxta decemiam status, ac dignitatis, Patrimonio unâ cum fructibus servato ad alios usus, & de eo dispendere, etiam aliis donando, prout eis placuerit?

R. Esp. Possit. Doctores n. 1290. cit. Probatur ex Innoc. in cap. *Episcopus*, num. 1. de *Præbend.* Non erudimus, quid qui habet beneficium, vivere debeat de Patrimonio, sed de Alarici: v. n. 1297.

1300 Quod est conforme dicto Pauli 1. ad Cor. 9. *Qui militat suis stipendiis unquam? Qui plantat vineam, & de fructu eius non edit? Qui operatur grexum, & de lacte grevis non manducat, &c.* Nesticii, quoniam qui in sacro operantur, qui de sacro sunt, edunt: & qui Alarici deserunt, cum Alarici percipiunt? Et 1. ad Tim. 5. inquit: *Dignus est operarius mercede sua.*

1301 Idem dicendum est de bonis propria industria acquisitis.

Q U Æ R E S I I I.

1302 De quibus possit testari?

R. Esp. Possit testari de bonis patrimonialibus, & propria industria acquisitis; minime de fructibus Beneficij, Doctores cit. n. 1290.

Probatur ex cap. *Episcopi* 12. quæst. 1. ubi assertur decretum Conc. Agatenis, cap. 18. *Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de propriis habent, hereditibus suis, si voluerint, deobligant. Quidquid verò de provisione sua Ecclesia fuerint, suo de agris, seu de fructibus, seu de cellariis, omnino in iure Ecclesia reservare censuimus.*

Item ex Alex. III. in cap. *quia nos*, de *Testam.* Licet Clerici de his, quæ paterna successione, vel cognationis iuribus, aut de officio sunt adepti, seu de concessione sanguinum, & amittant non habito respectu ad Ecclesiam, pervertant ad ipsos: liberè disponere valeant, de his tamen, quæ consecratione Ecclesie receptorunt, nullum de iure facere possunt testamentum.

1303 Quibus accedit communis Ecclesie consuetudo, quæ nedum pauperes, sed etiam divites ad beneficia promovetur, eisque sustentantur.

1304 Dices: Beneficarij sunt domini fructuum Beneficij: igitur possunt de illis testari.

R. Esp. Negando consequentiam; quia stat quod non possint de illis testari, cum hoc quod sunt eorum domini; nam eum impubes non potest de suis bonis dispendere, & tamen est eorum dominus. Ratio est, quia dominium est facultas disponendi de re quod omnes usus à lege non prohibitos: à iure autem Ecclesiastico in relat. locis prohibuit est beneficariis de fructibus Beneficij testari, ad Clericorum cupiditatem collibendam, quoad parentes ditandos.

Q U Æ R E S I V.

1305 Quæ sit congrua beneficiorum sustentatio? Congrua sustentatio, pro qua licite beneficarij potest fructus & provenit. Beneficij Ecclesiastici applicare, non est eadem in omnibus, quæ à quamplurimis circumstantiis attendendis dependet; unde remittenda est arbitrio prudentis.

1306 Et quidem, sub congrua sustentatione veniunt non solum necessaria, verum etiam decentia iuxta conditionem status, personæ, & circumstantiarum, Bard. in *Sals. l. 3. §. 10. §. 6. & 7.* Fagnan. in *lib. 3. cap. 5. §. 1. §. 2.* De *secundo Cleric.* cum multis apud nos.

Sub.

Sub congrua sustentatione comprehenduntur donationes remuneratorie, etiam liberales, & gratuita, maxime de consuetudine: expensæ ad hospitandum Magnates, &c. hoc namque decet, & conveniunt decori status, felicitati gubernij, & incremento virtutum.

1307 Hinc potest suis sanguineis & familiaribus donare usque ad status decemiam, ex cap. *Student.* in *fin. 50.* his verbis: *tracipiunt, ut tale beneficium sibi Ecclesia concedatur, quo & ipse, & sui sustentari possint habere sua sustentationis solationem.*

1308 Potest de Ecclesia redditibus sorores, vel alias consanguineas dotare, si ex se, ut ex parentibus, ad quos primario dotare spectat, satis non habeat. Fagnanus cit. ex cap. 1. de *cohabit. Cler. & Mulier.*

1309 Cavendum autem est, ne quoad consanguineos & nepotes sanguinis passio obcect, & plus æquo excedatur. Unde (ut refert Fagnanus cit.) D. Bernardus in declaratione super illis verbis Evangelij. *Eccc nos reliquimus omnia, &c.* ait: *Prout de aliaris, ut iuxta eundem scriptum dicitur, & quibus legatur habens, hinc contentus sit. De aliaris, inquit, vivat, non superbiat, non luxuriet, deique non dixerit, non sibi de bonis Ecclesie ampla palatia fabricet, munit quadrata verandis, nec laculis inde congreget, aut superstitiones dispergat, non extollat de facultatibus Ecclesie consanguineos suos, aut nepotes, aut nepotes nuptis erudat: & Ambrosius lib. 1. de *offic. cap. 30.* relatus à D. Thom. in 2. quæst. 185. art. 7. ad 2. *Hæc est approbanda liberalitas, ut proximo semini sui ne dispiciat, si egerit cognoscit; non tamen ut illos dicitur fieri vellet, ex eo quod tu potes conferre in opibus.**

1310 Insuper, quoad alios usus, est attendenda moderatio Trid. sess. 23. de *refor. c. 1.* Episcopi moniti his verbis: *Quapropter exemplum Pastorum nostrorum in Conc. Carthaginensi, non solum iubeat, ut Episcopi modesta stipendiis, & mensa, ac frugaliter victu contenti sint: verum etiam in reliquis vita genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid apparat, quod à sancto hoc instituto sit alienum: quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac venerationem contempnunt præferat.*

1311 Item consideranda venit. Primò ratio loci, ubi est beneficium. Plura namque conveniunt Episcopo Urbis, quæ est Regia Principis, aut caput Regni; quam Episcopo parvæ Urbis.

Hinc Paulus V. per Bullam in *Eminentis* editam 8. Aprilis 1606. facultatem concessit Clericis incolis, & civibus Urbis Romæ, & ejus districtus infra decem miliaria, de omnibus

redditiibus, fructibus, & provenitibus Ecclesiasticis quomodolibet sic provenientibus, in eadem Urbe, ac ejus districtu infra decem miliaria consentibus, liberè disponendi, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, in favorem suorum consanguineorum; & assistentium, aut personarum extranearum; atque etiam deceret, ut illis ab intestato decedentibus, eadem ad eorum hæredes ab intestato perveniant.

1312 Secundò consideranda venit ratio nobilitatis persona Beneficarij, aut dignitatis, seu qualitat. Beneficij.

Hinc in Extrav. *Execrabili*, Joan. 22. ubi obtemperantibus ex dispensatione plures dignitates, personatus, aut beneficia curata, præcipitur, ut non possint retinere nisi unam, & simul ab hæc lege excipiuntur Cardinales, & filii Regum, quibus promittit privilegium incompatibilitatis beneficiorum tenentio conceditur.

1313 Cujus rei duæ sunt rationes, una, quæ innuitur in Extrav. relata. Nam Cardines summo Pontifici Universalis Ecclesie inserviendi, singulis Ecclesiis profunt.

Alia, quia ipsi Eminentis dignitatis (ait Fagnanus) convenit familiares apud hæc habere claros, minime fordidos, vel obscuros. Hinc (ut idem refert observat) in proœmio litterarum commendæ Beneficij, hæc solent apponi verba: *Ut suam statum iuxta Cardinalis sublimitatem deceret tenere, & expensarum onera, quæ se iugiter de necessitate subreperiret, facilius perferre valeat.*

1314 His de causis novissime Clemens IX. in *Const. 19. incip. Clam à prima*, edita 28. Febr. 1668. apud Bullarium Lantuzcz, tom. 6. Privilegia S. R. E. Cardinalium testandi de bonis, ac iuribus ab ipsis, dum vivunt, quomodolibet acquisitis à bonis, redditibus, emolumentis, & iuribus Ecclesiasticis, extendit etiam ad fructus civiles, aut naturales inconsumptos vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos aut eorum patrimonio non incorporatos, atque etiam ad fructus pro affectibus bonorum, ac iurium quoruncumque, si fructus tam civiles, quam naturales conductoriibus, & affluentiariis locati, & concessi per litos erant percepti, quamvis termini solutionis affluenti per locatores fuerint posticipate coarctati. Hæc Pontifex.

Quæ.

QUÆRES V.

1315 An si bene fecerit sui tenus, & congrua sustentatione ditior sit, nil pro pauperibus superfluis addere debet? An bene fecerit si non addidit?

R. Respondetur cum Fagnano in l. 3. cap. Si quis laicus de Periculis Clericorum à n. 27. alimenta Clerici esse interponenda.

Probatur ex cap. Nulli Episcoporum, & His ita responderetur 12. q. 1. Sicut perfectione charitatis manente, licet res Ecclesie omnibus de bonis esse commanet, primum tamen sibi, & sic à Ecclesia de foris omnibus subministrat, reliqua, quae superant, sibi de bonis usus ministratur; ita & praebenda Ecclesiarum, eadem charitate manente, prius & religiose possunt distribui, nec tunc rebus Ecclesiae propriis, sed ut communibus utilitatibus debeat tribui, ut ex his, quae sibi assignata sunt, primum sibi necesse est, quae vero sunt necessaria necessaria percipere: si qua vero sunt necessaria superant, in communem usus Ecclesiae expendant.

Et D. August. relatus in cap. qui vult de Penitentiarum, diff. 3. ait: Qui vult elemosinam ordinare dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare, à se enim elemosina operum misericordiae, verissimeque dictum est: Misereere anima tua plebeci Deo.

1316 Ratio est: quia alimenta ex redditibus beneficii debentur Clerico ex iustitia, pauperibus ex charitate. Unde pauperibus debentur superflua: à n. 410. ad 415.

1317 Concluditur, alimenta beneficiarii esse antependenda reparationi Templi, ex cap. de his, de Ecclesiis, ad Reparationem vero Templi, cum spectet ad Dei cultum, esse antependendam sustentationi pauperum.

1318 Auctoritates, quae adduci possunt in contrarium, sunt intelligendae de fructibus, qui superflui, detracta decemti beneficiarii sustentatione; hi quidem sunt dividendi. Ita Fagnano cit.

1319 Conari autem debent Beneficarii, ut Templi, quorum fructibus sunt eis commendata, decentibus impellatibus, & necessaria reparatione non destituantur; sed in quantum possunt, de illis provident. Insistere attendere debent, an Commenda, & Abbatia Ecclesiastica ipsis collatae, sint fundatae cum aliquo onere alendi pauperes. Ac proinde recolenda sunt dicta: n. 1309.

QUÆRES VI.

1320 An Episcopi, & beneficiarii non erogantur pauperibus redditus superfluos beneficiorum, aut eis ad malos usus abstantes tenentur ad restitutionem?

A. Firmant Doctores cit. n. 1290. qui tenent non esse veros dominos fructuum.

1321 Respondetur, peccare mortaliter, sed non teneri ad restitutionem. Doctores citant, n. 1290. qui tenent esse veros dominos fructuum beneficii.

Probatur valida, & clara auct. D. Thomae 2. 2. q. 188. art. 7. apud Fagnanum cit. Si Episcopo portio separatim ab aliis est assignata potest de illa disponere, ut de patrimonio; & potest male disponere contra charitatem, non contra iustitiam; nec teneri ad restitutionem. Si autem pars illius non est separata, ejus fructus diverso committitur, qui si suam portionem faciat paulo majorem, non est in mala fide, alias si esset magnus excessus, non esset factus dispensator, & esset restitutioni obnoxius.

1322 Item in quolib. 6. art. 12. ad 3. docet alio modo esse discutendum de redditibus Hospitalium, ac de redditibus beneficiorum: his verbis: Alter dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quae principaliter sunt attributa necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona hospitalium, & aliorum huiusmodi: & aliter de illis bonis, quae sunt principaliter attributa ministris ministrorum, sicut sunt praebenda Clericorum, & alia huiusmodi; nam in primis bonis pauperum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in sacrosus assumit, quod est alterius; & tunc tenetur ad restitutionem: tamen non committit peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est. Unde non tenetur qui ad restitutionem, sed solum ad contentum peragendum.

Ubi (ut vides) S. Doctor, quantum ad onus restitutionis, discurre de redditibus Beneficii sicut de redditibus patrimonialibus; adeoque vult, quod sit eorum dominus.

1323 Non tenentur igitur ad restitutionem, si fructus superfluos beneficiorum pauperibus non erogent, sed eis abutantur; peccant vero mortaliter contra charitatem: quia iure naturali & divino tenentur pauperibus subvenire.

1324 Hinc Mendo in Epit. ver. beneficii Eccles. num. 7. recte addit: Quod si ex Ecclesiasticis fructibus quis accipiat, aliiquid ad necessarios ac sui status decetia, id non tenetur erogare pauperibus, sicut nec id, quod largitur pro celebratione Missae, pro commendatione corporibus, pro concubitu, pro labore administrandi Sacramenta, pro aliquo ministerio, & praebentibus pro distributionibus quorundam, dum hanc, aut ferè totam summam reddituum non con-

sumant. Quare & restari possunt de illis ad usus profanos licite.

1325 Nomine pauperum veniunt etiam Hospitalia, Ecclesiae pauperes, Domus Religiosorum, & ipsi Religiosi.

QUÆRES VII.

1326 An quando Beneficarii peccant dando, etiam ipsi accipientes peccant?

P. Ecce, si inducant, vel excitent dantem; minime, si sine inductione donata acceptent, tenet Tamb. com. 1. lib. 8. cap. 2. 4. n. 2. cum de Lugo, quia in primo casu sunt causa peccati alterius, in secundo autem non sunt causa, sed tota malitia est ex parte dantis.

Vide dicta de scandalo à n. 321.

1327 Certum tamen est, eos non teneri ad restitutionem, quia valide accipiunt.

QUÆRES VIII.

1328 An Episcopi parvas pecuniarias possunt sibi applicare.

P. Olle sibi, aut suae Camerae applicare, & non habere onus applicandi piis operibus, tenent Roccus, Zerolis, & Barboja, apud Bard. de Selectis lib. 3. q. 10. sect. 12.

1329 Dico tamen, non esse recedendum à Conc. Trid. sess. 25. de reformatione cap. 7. quod sic dicitur: Sed liceat ei, si expedire videbitur in casibus civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinens, contra quoscunque, etiam laicos per multas pecuniarias, quae locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exacta fuerint, assignentur.

QUÆRES IX.

1330 Ad quem spectent bona à Beneficario acquisita, & meliorationes ab eo in rebus Ecclesiae factae?

R. Episcopi cum Pirhing. lib. 3. tit. 26. §. 3. in comp.

Si Beneficarius nullum, aut tenue patrimonium habeat, bona ab eo emptas, puta fundus, praedia, &c. ad Ecclesiam spectant, quia ex fructibus Ecclesiae censentur emptas, cap. investigandum, 1. de Periculis Clerici. Potest tamen eorum fructibus uti, dum vivit.

1331 Si amplum patrimonium, dum bona emit, habet, & Beneficium tenue, spectant ad Beneficarium, ejusque haeredes, quia censeri debent ex fructibus patrimonialibus acquisita, adeoque illorum naturam sequuntur, ut in nom. 1302. eo maxime, quia delictum in dubio non est praesumendum. Nisi constet, fuisse ab eo emptas animo donandi Ecclesiae, seu nomine Ecclesiae. Addit tamen Pirhing. talem posse contingere casum, siue proprio, siue alieno nomine bona emptas sint, ut sint inter Ecclesiam, & haeredes dividenda, nisi certo

Examen Ecclesiasticum.

constet, quod fuerint ex redditibus patrimonialibus emptas, cap. investigandum 4. hujus tit.

1332 Bona donata Beneficario ratione ejus personae, ad ipsum spectant, uti bona patrimonialia, & quasi patrimonialia, bona vero non donata pro servitio Ecclesiae, ad Ecclesiam spectant, siue immobilia sint, siue mobilia; unde eorum non est dominus, sed factus administrator.

1333 Meliorationes factae in fundis Ecclesiae ex fructibus Beneficii, ad Ecclesiam spectant, & solum Beneficiarius illi uti potest, dum vivit: si sint factae ex fructibus patrimonialibus, debent aestimari, & pretium talis aestimationis tranfit ad haeredes, nisi constet fuisse factas animo donandi Ecclesiae.

QUÆRES X.

1334 An Religiosus ad Episcopatum assumptus sit dominum fructuum?

P. Prima opinio affirmat, esse dominum, & de illis disponere posse, ut Episcopi facultates, Medina, Palacios, Sotus, Argles, Valquez, Hurtado, apud Bard. in Selectis lib. 3. q. 10. sect. 16. Ratio est, quia in cap. statutus 88. q. 1. dicitur, quod Monachus factus Episcopus possit sibi paternam haereditatem acquirere, sibi autem haereditatem acquirere, est esse dominum; nam ex l. in rem adit, ff. de rei vendit. nullus sibi dominum acquirat, nisi qui est verus dominus.

Si igitur Religiosus ad Episcopatum assumptus potest esse dominus haereditatis paternae, potest esse dominus fructuum Beneficii; tota namque ratio, quae obitare potest, est professio paupertatis Religiosae: quae aequè militat pro utroque casu.

1335 Secunda opinio, quam sequor, negat esse dominum, sed liberum administratorem. D. Thom. 2. 2. 185. art. 8. D. Bonav. in 4. sent. d. 388. ad illud n. 47. Castrop. in 6. de Char. dist. 2. 7. 8. & alii quamplures apud Bard. cit. n. 3.

Ratio est (ex dicendis de obligatione voti) quia Religiosus pro assumptione ad Episcopatum non definit esse Religiosus, nec est liber à tribus votis essentialibus, sed solum manet liber ab usus, & observantis illis regularibus, quae obstant auctori Episcopali, ejusque decernit; carentia autem domini omnium bonorum immobilium, & mobiliam, illi non obstat, si Episcopus liberam eorum administrationem habeat.

Ad rationem in oppositum responderetur cum Gloffa ibi ver. legitimus, quod sicut si ante assumptionem legitimitatem paternam vendicaret sibi, non pro se, sed pro Mo-

K. nalle.

naferio vendicaret: ita post assumptionem ad Episcopatum illam vendicat sibi quoad usum, quoad dominium vero illam vendicat Ecclesie; hic est sensus relati Capituli.

1336 Dices cum Valquez: Si acquireret dominium non sibi, sed Ecclesie, non posset hereditatem illam renunciare; ex relato autem textu dicitur, quod possit, at non cogitur illam vendicare.

Resp. Quod *vis potest* ibi denotat libertatem à peccato, minime libertatem exercitii: nam sicut Monachus, si ei proveniat hereditas paterna ante assumptionem, non potest illi renunciare; quia potest licite pro Monasterio capaci acceptare, & Monasterio utpote capaci esse iam acquisitum: ita si ei proveniat post assumptionem, non potest illi renunciare; quia potest licite acceptare, & Ecclesie esse iam acquisitum. Colligitur ex eodem textu, ubi infra disponitur, ut Monachus hereditatem Monasterio restituit ante promotionem, Ecclesie vero post promotionem ad Episcopatum.

Tamb. in tom. 1. lib. 8. tract. 1. cap. 2. §. 4. n. 1. citans Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 6. nu. 13. 14. ait eos, sive sint domini, sive liberi administratores, peccare mortaliter, si superflua in pios usus non expendant, sed non tenent ad restitutionem, quia valide expendunt.

Et Fagnanus lib. 3. c. ad audientiam, de Cler. non resid. num. 18. ait, proprium esse duplicis generis; unum importat verum dominium, & proprietatem, quale habent homines facultares; alterum intelligitur proprium quoad liberam administrationem, quale habent Beneficiarii, &c. & secundum hoc Clerici facultares, & Religiosi habentes administrationem, hoc est Beneficia in titulum, æquiparantur quoad potestatem dispensandi fructus Beneficiorum. Card. Navar. in cap. Non dicatis n. 10. & 11. Rota, &c. ita Fagnanus.

RENUNCIATIO BENEFICII

1337 **E**st spontanea Beneficii cessio legitime facta. Est duplex, tacita, & expressa. Tacita fit, quando quis aliquid agit, quod ex natura rei, aut statuto juris retentioni Beneficii opponitur, ut si Clericus Beneficiarius nuberet, Religionem profiteretur, aut Militiam assumeret, &c. Hæc namque actibus est annexa vacatio, extra. 1. de Cler. conjug. ead. Beneficium, 4. de reg. in c. 6. fin. de Cler. non resid. tit. 1. tunc nanque censetur per actum facti renunsiasse.

Expressa fit per scriptum Ordinario presentatum, in quo debet exprimi iusta causa, ver. gr. infidelitas aeris loci Beneficii, impossibilitas moralis residentie, implicatio

ad negotia impossibilia, &c. v. num. 1341. Renunciatio expressa est duplex, simplex, seu absoluta, & conditionata. Absoluta est que fit absque conditione, aut pacto. Conditionata est, que fit sub aliqua conditione, aut pacto.

Ut sit valida, requiritur acceptatio, seu consensus Superioris, cap. Admonet 4. de renun. Nominis Superioris non venit ille, qui potest potest Beneficium conferre; sed ille qui potest Beneficio private, qui scilicet jurisdictionem supra Beneficiarium habet; huiusmodi regulariter sunt Episcopi, etiam quoad Beneficia illa, que sunt Papæ reservata solum quoad collationem, que scilicet Episcopus conferre non potest, sed potest illi private.

Quamvis enim plura sint Beneficia, & dignitates, quorum collatio ex iure Canonico est reservata Summo Pontifici, ut Ecclesie Patriarchales, Episcopales, &c. ut in regulis Cancellarie Apolliticæ, que referunt Canonizati, & breviter Phœbeus lib. 1. tit. 13. plura etiam sunt, que sunt reservata Pontifici, vel ratione sue libertatis dispositionis, & jurisdictionis, quatenus ipse velit Beneficium conferre, cuius collatio ad Episcopum spectaret: vel ratione devotionis ob negligentiam, vel delictum inferiorum Ordinatorum.

Insuper extat reservatio mensium, & alternativa: dantur enim menses Apollitici, in quibus quorumvis Beneficiorum, aliter quam per reservationem vacantium, spectant ad Summum Pontificem. Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis personaliter in suis Ecclesiis residentibus conceditur alternativa sex mensium, in quibus si vacent Beneficia libera, & ab illis, ver. gr. à Patronis independentia, possint illa conferre; ita ut Januarii spectet ad Papam, Februarii ad Episcopum, Martii ad Papam, Aprilis ad Episcopum, & sic alternatim quoad reliquos menses.

RENUNCIATIO, SEU RESIGNATIO CONDITIONALIS

1338 **N**on potest fieri, nisi in manibus Papæ: unde non potest ab Episcopo admitti: licet autoritate Summi Pontificis. Ita S. Pius V. per Bullam 58. editam 1. Aprilis 1568. incip. *Quanta Ecclesie*, Talis 1. est renunciatio Beneficii facta à favore tertie persone, sub conditione alicuius pensionis solvendæ ipsi resignanti, vel alteri: v. num. 2209. & 1264. 2. Facta sub conditione, seu cum reservatione regressus, vel ingressus, aut accessus. Cum reservatione

Regressus fit, quando quis Beneficium in aditum alteri renunciat, reservando sibi jus ad Beneficium redeundi, si resignatarius promoriatur. Cum reservatione Ingressus fit, quando quis post Beneficii collationem sibi factam, ante possessionem illud alteri renunciat, sub conditione, ut resignatario promortuo, possit propria autoritate in ejus possessionem ingredi. Cum reservatione Accessus fit, quando Beneficium alicui incapaci, v. g. puero destinatum, alteri interim confertur, sub conditione, ut incapacitate illius cessante, ver. gr. post legitimam ætatem, possit ille propria autoritate ad Beneficium alteri collatum accedere, & pro se accipere. Hinc ingressus, regressus, & accessus est prohibitus per Trid. sess. 25. de res. cap. 7.

1339 Resignatio, seu renunciatio Beneficii facta sub conditione precise, ut conferatur alicui certæ persone, absque alio adito, aut pacto ex relatis à Galtrio p. 2. tr. 13. disp. 6. num. 8. 1. n. 7. & aliis, vocatur simplex in factum, & consequenter, quod possit ab Ordinario admitti. Alii apud Pirhing. lib. 1. tit. 9. folio 5. §. 4. vident, quod possit ab Episcopo admitti, ita tamen, ut dicta clausula rejiciatur, & habeatur pro non adiecta; nam resignans non potest Episcopum resignationem admittente obligare, ut Beneficium renunciatum certa persona conferat; sed potest libere cui velit conferre, unde persona à resignante designata si conferat, libere conferet, non ex vi conditionis resignantis.

Dicendum tamen est, huiusmodi resignationem faciendam esse in manibus Summi Pontificis, & cavendam pericula, que intervenire possunt; & ita servari stylos Curie, & recepta consuetudo (ait Pirhing. cit.) fundata in Bulla S. Pii V. cit. ubi hæc habentur verba:

Caveant autem Episcopi, & alii predicti, itemque omnes electores, presentatores, & patroni, tam ecclesiastici, quam laici quicumque sint, ne verbo, quidem, aut manu, vel signo, futuri in huiusmodi Beneficiis, & officii successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum signatione, vel bonitate resignentur, aut de his assumendis promissa inter eos, vel etiam intentione, quavislingue intercedat.

Resignatio Beneficii facta ab uno certæ persone sub conditione, ut illius Beneficium sibi conferatur, potest ab Episcopo admitti, quia est permutatio permilla in iure Canonico, ut infra n. 1247.

1340 Resignatione Beneficii in favorem tertie persone, autoritate legitima facta, superior eam admittens, non debet illi tertio Beneficium conferre, nisi sit idoneus; quia re-

signatio illi facta includit tacitam conditionem Canonum, *si sit idoneus*.

Verum tamen est, quod in renunciatione, atque etiam in permutacione non tenentur renuncians, aut permittens alumere digniores; quia ex nullo iure tale onus imponitur; quoniam ipse non eligit, sed jus, quod habet, alteri cedit; unde sufficit, quod dignum assumat. Castropal. p. 2. tr. 13. disp. p. 11. n. 11. cum pluribus.

RENUNCIATIO PURA,

1341 **S**eu simplex, & absoluta, potest ab Episcopo admitti sub iustis, & certis causis. Ita S. Pius V. in Bulla cit.

Cautæ ad simplicem & absolutam renunciationem honestandam, & ab Episcopo admittendam, requiritur ex iure Canonico, maxime S. Pii V. *in cit.* Bulla, sunt plures: 1. Si Beneficiarius sit senio confectus. 2. Valetudine maritus. 3. Corpore impositus, v. g. si laboret lepra, paralysi, &c. ita ut non valeat, ut oportet, suo satisficere muneri. 4. Corpore vitatus, v. g. si sit surdus, caecus, &c. 5. Si sit obnoxius crimini, ob quod possit Beneficio privari. 6. Si sit ad aliud Beneficium sufficiens promotus, maxime si sit incomparabile. 7. Si sit censuris, aut penis Ecclesiasticis irretitus, quarum absolutionem aut dispensationem faciliter obtinere non potest. 8. Si capitales habeat inimicitias, aut aliud, ob quod non sit in loco Beneficii securus. 9. Si sit Religionem ingressurus, aut matrimonium contracturus, dummodo realiter exequatur.

1342 Ubi nota, 1. quod Beneficium resignatum ob Patrimonium, statim provideri potest, illo contracto. At resignatum ob Religionem, provideri non potest, nisi professione facta.

2. Si Beneficiarius sit in factis, & sit ordinatus in titulum illius Beneficii, debet hoc in resignatione exprimere. Er. neque admitti potest, nisi consensit, quod possit aliunde commode vivere, ut in tom. 3. n. 48. Admitti tamen potest, si fiat Religiosus.

3. Pro Beneficii residentiam exposcentibus, in resignatione exprimi debet tempus, a quo Beneficium obtinuit, ex. Stylo Curie; nam non solet resignatio admitti, nisi sit triennio possessa.

4. Resignatio Beneficii, sive simplex, & absoluta, sive ad favorem alterius facta à Clerico in gravi infirmitate constituto, si Clericus ultra viginti dies à die consensus perse, vel per procuratorem coram legitimo superiore præsint, non supervenerit, sed infra viginti dies moriatur, cadit, & Beneficium

vacare censetur, non per resignationem, sed per obitum, ex Reg. 19. *Cane. Apost.* Idem dic de Clerico laico, qui ultra viginti dies a die consensu prestiti non supervixit; sed post resignationem, sive a superiore admissam, sive non admissam, infra viginti dies morte naturalis (non sufficit civilis) mortuus est. Quod est dispositum ad vitandas fraudes, & ne de Beneficiis disponatur per modum ultime voluntatis, sicut de bonis patrimonialibus. *Pirhing. cit. sect. 3. §. 2.*

Ex recensis igitur causis in jure expressis, atque etiam ex aliis honestis causis, utilitate tamen, & necessitate Ecclesie respectu, insuper notatis conditionibus servatis, possunt Episcopi resignationes simplices & absolutas Beneficiorum admittere: v. n. 1337.

1343 Et quamvis S. Pius V. in citata Bulla velit, hanc servari conditionem, ut Beneficia resignata non conferantur ipsorum resignantium, aut Episcoporum resignationes admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatum per extraneos collationum. *Castropol. par. 2. tr. 13. disp. 6. punct. 2. §. 1. n. 7. ait. Adverse tamen, hanc constitutionem quoad hanc conditionem non videtur usi receptam, sed potius a principio fuisse ab ea suspicatum, Garz. 11. par. de benef. cap. 3. n. 270. August. Barbof. allegat. 69. n. 48. & consequenter nec parvas ob hanc causam ibidem impositas. Idem innuit Pirhing. in lib. 1. tit. 9. sect. 4. §. 3.*

1344 Renunciatio facta ex metu gravi, juxta plures, est ipso jure nulla; per alios cum *Castropol. cit. §. 5. n. 4.* est ipso jure valida, sed venit rescidenda a Superiore; talis tamen metus esse debet extrinsece incellus ab alio homine ad finem extorquendi renunciacionem, juxta dicta de metu in votis, in contractibus, & matrimonio.

Hac ratione valida est renunciatio facta ex metu inimicitie in loco, ut dictum est n. 1341. Est ex metu malitie plebis, ex cap. *Nisi cum priorem 10. de rebus. quia tunc renunciatio libere a resignante eligitur tanquam medium ad malum, quod timet, vitandum.*

1345 Renunciatio vero facta dolo, seu fraude, est ipso jure nulla. *Castropol. cit. n. 7. & Pirhing. cit. sect. 7. §. 3.* quia metus minuit, sed fraus, & dolo omnem tollit libertatem, & ex l. 1. ff. de dolo. Fraudatoris sua malitia non debet esse lucrosa. Nec debet quis alterius odio praegravari, ex reg. 20. in 6. v. n. 1664.

1346 Denique. Quavis resignatio Beneficii, etiam causa permutationis facta, & cujusvis Beneficii, sive curati, sive simplicis &c. est publicanda intra determinatum tempus

Ita prescribit Greg. XIII. in Bulla 85. *Humanae viæ iudicio*, cujus summam refer *Pirhing. cit. sect. 6. §. 5.*

Debet autem publicari a quibusvis resignantiis, etiam exemptis, etiam officialibus Curie Romanae; imo ab ipsis etiam Cardinalibus, si in eorum favore Beneficia aliqua resignentur; & quidem intra sex menses, si in Curia Romana resignatum sit Beneficium, & hoc sit circa montes; si vero ultra montes situm sit, intra 9 menses a die supplicationis date, & resignatae. Si vero extra Curiam coram Ordinariis locorum resignatio facta sit, intra tres menses a die, quo colatum Beneficium resignatum fuit, computandos, quod intra mensem a tempore factae resignacionis, sub poena privacionis juris conferendi, a collatore incurrendae, nisi intra mensem resignatum Beneficium resignatorio contulerit, & sub poena nullius factae resignacionis, si forma Gregoriana Constitucionis in factis his resignacionibus servata non fuit.

PERMUTATIO

1347 **F**It, quando duo Clerici sua Beneficia cedunt, ut alter alterius Beneficium consequatur. Unde involvit duplicem resignationem conditionalem. Et autem a jure Canonico permessa; & potest ab Episcopo, seu Superiore ordinario admitti; non est enim aliud, quam mutua permutatio Beneficii proprii cum Beneficio alterius.

Quatuor tamen requiruntur conditiones. Prima. Quod fiat auctoritate Superioris; quod si fiat auctoritate propria, erit nulla, & simoniaca. Nomine Superioris veniunt Episcopi, & illi, qui jurisdictionem habent Episcopalem, licet non dignitatem, ita ut ad ipsos spectet, nedum conferre, sed etiam privare. Si Beneficia permutanda sint in diversis Diocesis, permutatio ab utroque Ordinario debet auctoritate desumere.

Secunda, ut non fiat, nisi ex legitima causa: causae legitima sunt superioris recensita; unde non sufficit solus permutantis favor, aut ejus privatum temporale commodum; sed semper requiritur aliqua Ecclesie necessitas, aut utilitas, ut qui uni loco est minus utilis, alibi valeat se utilis exercere, c. *Quaestio 5. de rebus permut. §. Si autem.*

Tertia, ut si Beneficia permutanda sunt inaequalia, talis excessus non compensetur pecunia, aut alio temporali pretio estimabili, sive talis excessus sit in dignitate, aut alio spirituali, sive in fructibus, dummodo sit anno.

annexus titulo beneficii, aliis erit simonia, ex n. 1067.

Pariter simonia erit pacifice de aliqua summa pecunie pro compensando aliquo onere, quod extat in beneficio permutato; sed iusta beneficii permutari debent.

Quarta conditio, ut permutatio non fiat nisi inter duos. Hinc simoniaca est permutatio triangularis, aut quadrangularis: v. g. qua Petrus sum Beneficium cum beneficio Pauli permutat, ut Paulus illud Negori Petri resignet. Nam hoc (ut rite observat Phaeubus) non tam esset permutatio: quae non nisi inter duos esse potest, sed contractus quidam inordinatus; Eius autem facies servanda, ut des, qui a iure Canonico citat spiritali a reprobatum est, eo quod in spiritalibus rebus ad satisfactionem patris, omnique conventio, ex. fin. de pactis.

De beneficiis agunt *Castropol. p. 2. tr. 13. Paganus in locutione & illis, ut in ejus indice, Phaeubus lib. 4. ex tit. 11. ad 17. Pirhing. cit.*

DE JURE PATRONATUS.

1348 **I**n patronatus est potestas presentandi ad instituendum ad beneficium vacans. Quod jure vendi non potest sine simonia, ex c. *de iure 16. de jurapat.* quia est spiritualis annexum, sed ad beneficii collationem ordinatum: v. n. 1341.

Presentatio est legitima persona exhibitio per patronum facta Episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet.

In patronatus Ecclesie, beneficii, aut Capellae, non acquiritur, nisi per ejus novam fundacionem, constructionem, aut per ejus jam erecta competentem donationem de propriis bonis, ex *Trid. sess. 14. de reform. 12.* Unde *Gloss. in cap. Pius memoris 26. de rebus permut. §. fundat.*

Omnino tamen requiritur assensus Diocesanus, sine quo in patronatus non acquiritur, ex c. *Nobis 25. de jurapat.*

A dicta lege *Trid. sess. 25. de reform. c. 9.* excipit, ut sequitur, *Excepit patroni super capitulibus Ecclesiarum compensacionibus, & exceptis aliis, quae ad imperatorem, & Reges, seu reges, possident, aliisque sublimis, ac supremis Principibus, jura imperii in dominis suis habent, et pertinent, & quae in favoram studiorum generalium concessa sunt.*

1349 In patronatus dividitur in laicum, Ecclesiasticum, & mixtum. Laicum dicitur, si fundatio, constructio, aut dotatio sit facta ex bonis propriis patrimonialibus. Ecclesiasticum, si sit facta ex bonis Ecclesie. Mixtum, si sit facta partim ex bonis patrimonialibus, partim ex bonis Ecclesie, seu quod ex patronis Ecclesiasticis, & laicis coalescit: *num. 1350.*

1350 Patrono plura competunt jura, 1. competit praecipuus locus in Ecclesia, 2. onus, & officium Ecclesiam, & ejusque bona tuendi & protegendi, 3. jus praesentandi ad beneficium vacans, 4. quod simple, aut ejus filii ad summam inopiam pervenerint, debeant ex bonis Ecclesiae a se fundata sublevari, & sustentari: *extelato cap. Nobis.*

Quae jura Glossa in *cit. cap. Nobis*, his verbis comprehendit: *Patrono debetur honor, onus, utilitasque. Praesens praesit, defendat, alatur regens.* Patronus Ecclesiasticus concedit tempus sex mensium ad praesentandum, laico vero tempus quadrimestre a die locutae vacacionis beneficii, intra quod si praesentare negligat, devolvitur collatio ad Superiorem illum, ad quem institutio pertinet, *ex c. nullo de jurapat. in 6.*

Pariter collatio devolvitur, 1. Si patroni sint plures, & intra dictum tempus de persona instituenda non concordaverint, 2. Si persona a majori parte patronorum praesentata, repugnante alio, non possit sine scandalo sublevari; tunc namque potest, & debet Praetor, ut melius secundum Deum judicaverit, Ecclesie providere, 3. Si de jure patronatus contigat his, & inter dictum tempus non fuerit debitum cui competat, *ex c. quoniam 3. de jurapat.* Idque provolum est, in Ecclesia dia maneat legitimo Rectore destituta, & ne beneficia dia suspensa inaneant in Ecclesie perniciem; v. n. 1274.

1351 Episcopus non tenetur monere patronum de beneficii morte, si patronus potuit scire: tunc enim ad ipsum patronum spectat curare de alio sui juris. *Ex contra Mendos in Epit. ver. beneficium, n. 4. addit.*

Quod si beneficiarius distans decedat a vita, episcopus mortem solus Episcopus sciat, & non monet patronum, qui eam non potest scire, & transeat quatuor menses designati patronis laicis ad praesentandum, & sex menses designati post obitum beneficiarii patronis Ecclesiasticis, ad hunc non pertinet provilio beneficii de iure deo, voluto ad Episcopum, sicut pertinet, nisi adesse ea circumstantia; nam patrono nequit tunc imputari omisso praesentando jure. Quod si Episcopus recte providet de die, quod devoluto Capellaniam, & in ejus institutione injungatur, conferendam fore per-

3, foris ex tali loco familiae, aut sanguinis, non poterit per libito eam alii concedere.

1352 Hoc est discrimen inter patronum Ecclesiasticum, & laicum ad presentandum, quod Ecclesiasticus, postquam aliquem presentavit, non potest intra annum alium presentare, potest vero patronus laicus; ex cap. cum autem 24. Pastoralis 29. de jure patronatus. Et hoc potuit esse ratio; quia in Ecclesiastico praesentum cognitio idoneitatis & morum praesentati, non sic in laico. Haec autem limitatio praesentationis in Ecclesiastico temporis, ut diligentius super idoneitate praesentandi perquirat, cum vitare non possit.

Quod si patroni sint duo, unus Ecclesiasticus, hoc esse jure Ecclesiae, & alter laicus, hoc esse jure laicali: ut in n. 1343. tunc laicus variare potest, & simul sex menses habet ad presentandum. Habet sex menses ad presentandum, ob communionem cum Ecclesiastico, & dignius ad se trahit minus dignum. Potest variare, ob privilegium, quod per se habet, cuius commodum sentit etiam ipse patronus Ecclesiasticus ob communionem cum socio privilegiato in re communi, & ne privilegiato societatis non privilegiati praedict.

1353 Praesentatio fieri debet de persona idonea. Si fit de indigno, & in ea persistatur, liberè potest Superior beneficium personae idoneae conferre; quia praesentatio indigni est praesentatio nullius, & se habet toto legitimo tempore pro non facta. Colligitur ex cap. 2. de translat. Episcopi. & ex cap. 12. de Cler. non resid.

Praesentatus debet à superiori examinari super idoneitate. Et repertus idoneus, & debet ad beneficium institui, ita ut si Episcopus illum instituit negligit, & absque causa legitima, sine patrono, beneficium alteri conferat, collatio est ipso jure irrita. Panor. in c. illud 5. de jure patron.

1354 Non potest Episcopus malitiosè repellere praesentationem à patrono factam ad effectum, ut alium praesentet. Et tunc, si patronus alium praesentat, valida est institutio secundo praesentati; sed Episcopus in poenam tenetur ei, quem recusavit, de alio competentì beneficio providere; ex cap. Pastoralis 29. de jure patron.

Si vero patronus laicus ex sua libertate plures praesentaverit, liberè potest Episcopus, quem maluerit, instituire, si sint aequè digni; per hoc namque non laeditur jus patroni; quia per variationem nominationis non cen-

tur priorem revocare, sed priori aliam cumulare, ex cap. cum autem 24. de jure patron. Quod si non sint aequè digni, tenetur Episcopus instituire digniorem; ita probabilis cum Castrop. p. 2. rr. 13. dist. 2. par. 1. g. nu. 3. & alii: v. ad num. 1358.

1355 Si persona à patrono laico praesentata in examine non reperitur idonea, & Episcopus benignè ei indulget, ut melius se praeparat, & redeat ad secundum examen, tunc patronus id sciens potest alium intra tempus legitimum praesentare sub conditione, ut hic instituitur, in casu quo prior idoneus non reperitur. Et hoc pacto jus suum servat illud, nam alius Episcopus, quadrimestre elapso, supposita incapacitate praesentati, liberè potest alium instituire: ut in n. 1351. Nec tenetur Episcopus patronum monere de incapacitate praesentati, sed potest liberè uti jure suo.

1356 Non potest patronus praesentare se ipsum, ex c. per nostrum 26. de jure patron. potest tamen praesentare proprium filium, Panor. in cap. consuetudinibus, quem plures sequuntur; quia Pater & filius solam per solam juris fictionem censentur una persona, at re ipsa sunt duae personae.

1357 In jus patronatus heredes succedunt per stirpes, non per capita. Et sic, si Petro patrono succedat duo filii, Joannes, & Franciscus, & his defunctis, succedant unus filius Joannis, & duo aut plures filii Francisci, hi duo aut plures filii Francisci succedunt, minime ut tot patroni, sed ut unus patronus in jure stirpis, nempe sui patris Francisci.

Q U A E R E S

1358 An patronus tenetur praesentare digniorem?

R Espondeo cum Castropal. p. 2. rr. 13. dist. 2. par. 7. si patronatus sit Ecclesiasticus, patronus in beneficiis curatis tenetur praesentare digniorem, ex Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. his verbis:

Meminerint, ubi se ad Dei gloriam, & populum saluè utilius posse facere, quam sibi non Pastores, & Ecclesia gubernanda idoneos promovendi student; eosque alieni peccati communicatione moraliter peccare, nisi, quos digniores, & Ecclesia magis utiliter iudicaverint, non quidem peccato, vel humano affectu, aut ambiguntur suggestionibus, sed verum exigentibus meritis, praesentati diligenter curaverint.

In beneficiis vero simplicibus, si patronatus sit Ecclesiasticus, non tenetur patronus praesentare digniorem, quia nullibi extat hoc onus.

Si

1359 Si patronatus sit laicalis, patronus sine in beneficiis simplicibus, sine curatis, tenetur praesentare dignum, non tenetur praesentare digniorem. Constat, quia Conc. Trid. in tali praesentatione non explicit concurrendum; ex quo videtur innuere, quod sufficit, si praesentetur dignus, & eligatur. In hoc clarè insinuat, sess. 24. de refor. cap. 18. his verbis:

Peracto deinde examine, renuncientur, quorumque ab his idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; ex hisque Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicaverit, atque illi, & non alteri collatio Ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si vero jus patronatus Ecclesiasticus erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium perinat, si quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoriibus iudicabit, Episcopo praesentare tenetur, ut ab eo instituitur. Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo, verificanda, tunc Episcopus solus ex digno eligat digniorem, quem patronus praesentat, ad quem institutio spectat. Quod si jus patronatus laicus fuerit, debent, qui à patrono praesentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti.

1360 Praesentatus tamen semper debet ab Episcopo examinari pro idoneitate comprobanda. Quod est verum, etiam si institutio sit faciendà ab inferioribus. Trid. sess. 25. de refor. c. 9. his verbis:

Ad hoc licet Episcopo praesentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertinet, ab Episcopo tamen iuxta aliam statuta ab hac sancta Synodo examinatur, aliquem institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis.

De jure patronatus agunt Castropal. p. 2. rr. 13. dist. 2. Ant. à Spir. S. tom. 1. rr. 4. dist. 4. sess. 24. Fagnanus lib. 3. sub hoc tit. Pirhing. in Comp. lib. 3. tit. 38. Phaebeus lib. 1. tit. 15.

DE PENSIONIBUS, ET PRAESTATIONIBUS.

1361 Pensio est fructus percipiendi fructus certos, ex beneficio alieno, auctoritate legitima, ad tempus, iusta de causa concessum. Hinc non est beneficium, cum hoc sit perpetuum, & detur in titulum, non sic pensio; unde ex Trid. sess. 24. c. 2. de refor. non potest quis ad pensionem ordinari, ut in tom. 3. num. 48. ad 50.

Pensio, ex dictis num. 509. est duplex, laica, & Clericalis. Laica est, quae datur temporeali, nimirum ob aliquod temporale obsequium, aut officium praestitum

aut praestandum; v. g. ob pulsandum organum, ob canendum figuratè in choro. Ant. à Spir. S. tom. 1. rr. 4. dist. 4. sess. 24. c. 2. Propter senectutem, pauperatam, &c. laica erit, si detur laico, si vero Clerico, si titulus sit temporalis; materialiter enim tunc se habet, quod pensionarius sit Clericus; v. n. 380.

1362 Clericalis est, quae datur soli Clerico titulo clericali. Quae est duplex, una, quae datur Clerico ob aliquod spirituale munus exercendum, quae dicitur simpliciter spiritualis, ver. gr. ad recitandum Officium; pro munere coadjutoris Episcopi, Concionatoris, Visitatoris, &c. Alia, quae datur ob aliquod temporale motivum, puta senectutem, pauperatam, &c. sed exigit, ut pensionarius sit Clericus; & haec dicitur pensio mixta.

Ad pensionem Clericalem requiritur septennium completum, quia requiritur Clericalitas, seu prima Tutoria, Fagnanus lib. 1. c. Cum in exaltis, de elect. n. 98. v. tom. 3. num. 21.

1363 Pensiones super beneficiis imponere potest Papa, quia ad ipsum spectat plena beneficiorum dispositio; ex cap. 1. de Praeb. in c. Expositio tamen iustam causam, ut licet imponat, ne dissipator appareat, sed administrator.

1364 Ceterum, stando in jure Canonico, nullus inferior Papa potest super beneficiis pensiones imponere.

1365 Et quamvis possit Episcopus, vel iudex delegatus pensionem imponere in causa transactionis, ex cap. nisi, 21. de Praeb. nimirum in casu, quo super eodem beneficio sit jus dubium, & sit inter duos Clericos; tunc namque Episcopus ad componendam licentem, potest uni beneficium conferre, cum imponi, ut alteri pensionem solvat. Id tamen in opere non debet, nisi ad tempus, videlicet, durante vita beneficiarii, ut vult Canon, aut durante vita pensionarii, ut docet Panor. apud Ant. à Spir. S. tom. 1. rr. 4. dist. 4. sess. 27. tenetur, quod non beneficium, sed sola persona beneficiarii manet onerata; & hoc pacto non fit factio beneficii quoad fructus, nam pensio morte beneficiarii aut pensionarii extinguitur. Non possunt autem colligantur ea propria auctoritate praestare sine consensu Episcopi; quia est simonia, cum pensio sit rei spiritualis annexa.

1366 Ino, quamvis plures Doctores apud Pirhing. in comp. lib. 3. tit. 12. §. docent posse Episcopum in quibusdam causis specialibus ex iusta & necessaria causa, vel ob evidentem Ecclesiae utilitatem, pensionem im-

ponere: hoc tamen docent cum limitatoribus, 1. Ut non imponat in perpetuum, aut cum facultate transferendi ad alterum, sed durante vita pensionarii, 2. Ut non imponat præcisè in favorem alterius, aut conferendo beneficium cum pacto pensionis solvenda; quod anomiam operet; sed ob Ecclesie utilitatem, aut necessitatem. Ita Pirhing.

1367 In his igitur casibus non beneficio, sed beneficio censetur pensio imposita. Et inde remanet, quod nullus inferior Papa possit pensionem imponere, loquendo de pensione in ipso beneficio constituta, quæ quidem est servitus ipsi beneficio imposita, adeoque perpetua, quæ non beneficiarii morte finitur, sed transit ad successorem.

1368 Impositio, seu reservatio pensionis fieri potest, tam ante, quam post beneficii collationem; sed regulariter fit, cum beneficium conferretur. Semper tamen attendi debet, ut simoniae periculum vitetur.

1369 Non sine in presentatione, sive in collatione beneficii, pactio de pensione solvenda sine auctoritate Papæ est simoniaca, ex c. *Tua nos* 34. de simonia, cap. fin. de pællis. c. *Si quis obierit* 7. l. 9. 3. Ubi omnis pactio, & contractus onerosus circa beneficia prohibetur, & præcipitur, ut simpliciter conferantur. Ibiq; additur ratio; quia *quisque horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, necrum in venditum devolvitur*; v. d. n. 1201, ad 1204. & 1209.

1370 Hinc fit, quod patronus, nedum non possit sine auctoritate Papæ, absque simoniae labe, pensionem imponere, sed neque aliquid pro presentatione recipere; ex c. de iure 16. de iurepar. ob rationem de num. 1225. Quæ de causa Princeps in presentatione quam facit Pontifici, proponit simul pensionem, quam cupit imponere, & liberum consensum ipsius promovendi.

1371 Pariter Episcopus ipse beneficium conferendo, habendo in iure communi, non potest sibi partem fructuum beneficii retinere; quia beneficia sunt sine diminutione conferenda, sicut in Ecclesiasticis beneficiis sine diminutione conferantur.

1372 At potest Episcopus de consensu Capituli redditus beneficii vacantis, aut partem ob iustum & necessarium causam ad tempus reservare, puta ad solvenda Episcopus debita, ad fabricam Cathedralis, aut aliam communem causam. Sed non potest illos reservare directè in sui, sui mensæ, aut mensæ Capituli utilitatem; ita ibi.

1373 Subdit Pirhing. in com. lib. 3. tit. 11. §. 1.

Quod si tamen consuetudo dicitur vigere, ut ex primi anni fructibus beneficiorum, in Diocesi existentium, ad augendum Episcopi redditus, referretur aliquid, observandum hoc est, cum nullibi clara huius rei prohibitio sit, neque illa simonia sit species, & malum etiam prædilectum ex annatis Pontifici solvendis trahere possit.

1374 Pensionarius per se, & spectato iure communi, tenetur ad solvenda onera beneficium Ecclesiasticum annexa; pro rata tamen pensionis; ex reg. 77. iuris in 6. *Ratio congreuit*, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

1375 Pensio, si sit imposita beneficio, eo vacante, & vivente pensionario, est solvenda ab administratore beneficii. Imò si beneficiarius aliquas annualitates omisit solvere, in quantum illas ad usus privatos consumpsit, omnes eas solvendi transit ad hæredes illius, si aliquid ex eius fructibus ad ipsos pervenit, quod si nihil hæredes percipiunt, peti possunt à beneficiario successore, quia onus est reale, & impositum beneficio; adeoque cum eo transit pensionario vivente; v. d. n. 1265.

1376 Pensio cessat, & extinguitur, 1. per mortem pensionarii, 2. per matrimonium à pensionario contractum de presentibus, si pensio sit Clericalis; vel per promotionem ad Episcopatum, professionem Religiosam, vel per assumptam militiam; quia pensio æquiparatur beneficio; 3. si pensionarius libere pensionem in perpetuum remisit.

1377 Pensio Clericalis non potest vendi sine simoniae labe, ex Bulla S. Pii V. bene vendi pensio laicalis. Tancr. r. 2. lib. 4. d. 10. num. 2. Castropal. d. 3. de simonia p. 13. num. 7. Anton. à Spir. S. rom. 1. r. 4. d. 4. f. l. 21. num. 336. & alii apud ipsum.

1378 Ratio prima, quia pensio Clericalis habet annexum titulum spirituales; nam est jus percipiendi fructus ob officium spirituale, & saltem obligat ad recitandum Officium Virginis; v. n. 1361.

Ratio secunda, quia pensio laicalis non est annexa titulo spirituali, nec ex parte finis, nec ex parte subiecti.

1379 *Ne visitas* (ait Anton. à Spir. Sancti.) quod illa pensio extrahat fit ex aliquo titulo spirituali, nempe ex beneficio; ad hoc ut sit spiritualis, Nam verum veris denarium Regi concessit, extrahit sine ex beneficio; & tamen quia ad nullum officium spirituale ordinatur, vendi potest; & de factis quotidie vendantur.

Adde, pensionem non extrahi ex beneficio, prout

prout dicit munus spirituale, sed prout importat fructus temporales.

1380 Notus obit, quod pensionarius sit Clericus, si titulus sit laicalis; quia id materialiter se habet, ex num. 1369. Unde ex num. 508. non tenetur talis Clericus ad recitandum Officium Virginis, si pensio sit ei data, ut in Clerico, nempe titulo Clericali, seu spirituali, ut expresse constat ex Bulla Sancti Pii V. incip. *Ex proximo*, 20. Septembris 1571. his verbis.

Ad quicumque pensionem, fructus, aut alia rei Ecclesiasticæ, ut Clericus percipit, cum modo prædicto ad decimum Officium parvum B. Mariae Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissionem uxuriam.

1381 Si tamen Beneficiarius pensionem propria auctoritate redimat, simoniam non committit, Castropal. cit. num. 10. Tancr. trall. 2. lib. 4. disp. 20. num. 23. Anton. à Spir. S. cit. nu. 339. & nonnulli apud ipsum, contra Navar. Scotum, & alios. Quia redemptio pensionis non est emptio alicuius juris spiritualis; sed extinctio debiti temporalis. Imò est quædam anticipata solutio, per quam non tollitur, nec dissolvitur jus, quod pensionarius habet ad recipiendos fructus; sed perficitur, & completur. Adeoque, qui pensionem redimit non emit jus pensionarii ad fructus, sed anticipat ei fructus, ad quos habet jus, solvit. Solet autem auctoritas Pontificis ad redemptionem pensionis intervenire ob majorem securitatem, & ex stylo Curie.

1382 Illud certum est, quod qui ex legitima licentia resignat beneficium cum onere pensionis, non potest facere pactum, ut constituta pensio postea redimatur; quia tale pactum, & onus, cum sit pretio æstimabile, simoniam importat. Anton. à Spir. S. cit. p. 339.

1383 Ex his colliges, quod aliud fit vendere pensionem, & aliud vendere fructus pensionis; nam vendere pensionem est vendere jus ad fructus, quod in pensione Clericali habet titulum spirituale annexum, adeoque sine simoniae labe vendi non potest, ut ex n. 1361. & 1378. Vendere autem fructus pensionis, est vendere rem purè temporalem, quæ quidem potest sine simonia pretio temporali emi. Et jus, quod confluit in emptore ad illos fructus, non est jus spirituale, aut cui fit titulus spiritualis annexus; sed est jus omnino temporale, conflurgens ex contractu materiali, & civilis emptio; non est, inquam, jus pensionarii, sed emptoris, qui proinde ut emptor fructus pensionis colligit, & recipit nomine pensionarii.

1384 Hac de ratione beneficiarius ipse, sine simoniae labe, fructus beneficii quotannis, imò etiam sua durante vita vendit; non enim vendit titulum, & jus beneficii.

1385 Eadem pariter dicitur veniunt de præsentationis, quæ titulo spirituali dantur. Nam præsentationis sunt, quasi pensioe quædam à pinguis beneficii separatæ pro sustentatione pupillorum Clericorum, aut in Clericatu proficiant. A pensionibus distinguuntur, quia præsentationis non sunt personalia, aut vitalicia, ut pensiones; sed perpetua, unde non extinguuntur per mortem ea habentium, sed per Prælatum Ecclesiasticum aliis transferri possunt. Ita Anton. à Spir. S. cum Com. v. n. 501.

QUÆRES

1386 An pensio jam collata, possit Princeps imponere pensionario onus, ut partem pensionis sibi aut alteri solvat.

Resp. non posse, si pensionarius sit Clericus, nisi urgeant, & assistat conditiones relatæ in impositione gabellæ d. n. 807. Constat ex dictis d. n. 704. ad 714. Quod est verum, sive pensio sit Clericalis, sive laicalis, quia licet fructus sit temporalis, est fructus Clerici, adeoque exemptus.

1387 Si verò pensio sit laicalis, & collata laico, recurrit dicta d. n. 791. ad 797. Illud certum est, non posse ad longum tempus imponeri; quia id esset pensionis transference, & pensionis transferri non posse sine licentia Papæ, decrevit S. Pius V. Conf. 73. Sacrosanctum, in tom. 2. Bullar. & Urb. VIII. Sanctissimus, in tom. 4.

De pensionibus agunt Castropal. part. 2. trall. 13. disp. 1. punct. 11. Fagnanus lib. 1. cap. Cùm in cunctis, de elect. d. num. 99. ad 105. cap. Ad audientiam, de rescriptis ad num. 136. & lib. 2. cap. Graviss. de rescriptis. spoliar. nu. 36. Pirhing. l. 3. tit. 12. Phæbeus l. 1. tit. 16. à num. 24.

CAPUT V.

DE MONIALIBUS.

1388 **I**N Monasteriis, ubi est præfixus Monialium numerus, si augeantur redditus, possunt alie admitti, juxta eorum incrementum, quia præfixio supponitur facta, ne Monasterium gravetur.

1389 Numerus Conversarum, juxta mentem Clem. VIII. non debet excedere tertiam partem Choristarum.

1390 Choristæ (minimè Conversæ) afferre debent dotem pro sustentatione; que debet esse à S. Congr. aut ab Episcopo consideratis considerandis taxata.

Debet præfici equalis pro Civibus, & externis. Sac. Congr. 30. Septembris 1616. Non potest Monasterium plus, aut minus taxa recipere; sed plus est restituendum, S. Congr. 2. Maii 1596. Non minus, ne Monasterium gravetur: Non plus, ne simonia committatur. Non prohibetur autem, si aliquid omnino liberaliter pietatis, & virtutis causa, extra dotem elargiatur.

1391 Tertia Soror, ex S. Congr. 5. Septembris 1604. ducere debet duplicatam dotem, quarta Soror triplicatam; insuper tercia, & quarta carent voce. Sed in hoc attendenda est consuetudo, & praxis.

1392 Dos est solvenda, quando fit professio, minimè prius, ne tollatur. puellæ libertas; debet tamen prius apud personam fidelem Monasterio beneficium depositari, pro eadem Monasterii securitate: v. à nu. 11072. ad 1111. Item v. n. 899. & 900.

1393 Novitiæ, si ad sæculum redeat, restituenda sunt omnia utensilia, & bona, quæ pro seculo detulit, & sua sunt. Conc. Trid. sess. 25. cap. 16. Quod fit intra Novitiatum moriatur, restituenda sunt hereditibus.

1394 Novitiatum debet esse unius anni; incepti de momento ad momentum; ita ut si Novitiæ sine licentia ad brevissimum tempus exeat, animo deserendi Religionem, interumpatur.

1395 Novitiæ voluntas explorari debet ante professionem: An sit casta, sobria, & an sciat, quid agat, Trid. sess. 25. c. 17.

1396 Intra bimestre. ante professionem facere debet renunciationem bonorum, ex Trid. sess. 25. Quæ revocari non potest, nisi per testamentum, si tunc mori contingat. Acti & Religionis egrediatur, sive ante professionem, sive post, supposita professione inava-

lida, renuntiatio corrui; quia includit virtuosam conditionem: Si validam professionem emittat.

1397 Novitiæ, si post primum quadrefire infirmetur cum periculo mortis, potest ex indulto S. Pii V. professionem emittere. Potest etiam tunc renunciationem condere, aut testamentum.

1398 Professio facta ante annum vigesimum sextum expletum, tam pro viris, quam pro mulieribus, est invalida. Conc. Trid. sess. 25. c. 25.

1399 Mortaliter peccant, & excommunicationem incurrunr cogentes mulierem invitam ad ingressum Monasterii ad finem profectendi, vel ad habitum ibi suscipiendum, aut ad professionem emittendam: Præterquam in casibus jure expressis. Quam poenam incurrunr etiam consulescentes, aut quovis modo cooperantes ad vim. Pariter peccant, & eandem poenam incurrunr impediendes ingressum, aut professionem. Conc. Trid. sess. 25. cap. 18.

1400 Vis, & metus injustus cadens in virum constantem, incussum à parentibus, aut alio homine, ad finem ingressus, & professionis, nullam reddit professionem, juxta lococitata, n. 1344.

1401 Quod si puella domi sit à parentibus gravibus angustiis pressa, & urgentibus miserperritat, non ad finem, ut statum Religionis eligat, sed ex alia causa; & puella Monasterium ingrediatur, & profectatur; valida est professio, & libera, ob rationes adductas in locis citatis, nu. 1344. non obstante gravi metu reverentia: Ipsi vero parentes, si advertant puellam inde sumere voluntatem eligendi statum Monasterii, & à sevitæ non desistant, mortaliter peccabunt, & censuram Trid. incurrunr, per illa verba: Quomodo cum quo coegerint.

1402 Item, si vis gravis incussa ad finem Religionis & professionis sit justa, valida est professio, & illam inveniendes non peccant, ut patet per verba Trid. de n. 1399. Præterquam in casibus jure expressis.

1403 Tres possunt contingere casus. Primus. Si contuler, puellam votum Religionis emisisse, quod non sit relaxatum, unde cogi potest ad executionem voti promissæ.

1404 Secundus. Si mulier matrimonio contracto, post bimestre concessum ad deliberandum de Religione, recuset matrimonium consummare; tunc cogi potest ad utrumlibet, ad consummationem scilicet, vel Religionem.

1405 Tertius. Si ambo conjuges sint jam

mutuo consensu Religionem ingressi, & unus professionem emisit, alius verò voluntate mutata recuset professionem, potest ad illam cogi, ex speciali obligatione, quam liberè assumpsit ad profectendum; qua ratione Clericus, Subdiaconatus liberè suscepto, cogi potest ad votum castitatis emittendum, si illud recuset: quia dicta in imped. matr. de voto.

1406 In dubio de vi & metu professionem invalidantes, standum est pro valore professionis, quia possessio stat pro professione, quæ est certa.

1407 Nota. Si parentes nobiles puellæ proponant, se ob insufficientiam dotis non valere mulere pari, uti propria conditio exposcit, & hoc, aut motus similibus, ac veris, eidem suadent electionem Religionis, & inde puella Religionem profectatur, valida erit professio, quia non fuit illata vis, sed propositio humana & honesta veræ convenientiæ status.

Eadem ratione; si puella profectatur ob puram reverentiam Patris, aut alterius sui majoris, cui displicere timet, valida est professio; quia non est timor injustus, sed fundatus in reverentia, quæ jure nature est parentibus debita, & timor reverentialis professionem invalidans non est, nisi ille, cui sunt graves iniuræ ab extrinseco incusse ad finem extorquendi professionem.

1408 Quod si recentia puella professionem emisit cum expressa intentione nolendi se ad vota obligare, peccavit mortaliter, & pro tempore sequenti perdurat in continuo peccato mortali, ob continuum onus, quod habet obligandi se ad vota expressè, licet occultum, & voluntate mutata, juxta dicta in imped. matr. de Ordine sacro.

1409 Monialis transiens de uno in aliud Monasterium, debet novum Novitiatum perficere; quia debet novam professionem emittere. Et habet pro uno, non censetur ad altera habilis. Sanchez in summ. lib. 5. cap. 4. num. 12.

1410 Moniales non possunt intra Monasterium Eucharistiam retinere. Ex Trid. sess. 25. cap. 10.

1411 Possunt Corporalia, Agnus Dei, & similia, ut ea component, & ornent, tangere.

1412 Non possunt habere ostium intra Ecclesiam, per quod possint à Monasterio ad Ecclesiam egredi. Greg. XIII.

1413 Non possunt erigi Confraternitates in Ecclesiis Monialium.

1414 Possunt esse testes in causis criminalibus Monialium; imò duæ sufficiunt ad con-

demnandum, quamvis duæ mulieres sæculares non sufficiunt. Non possunt cogi, ut sint testes in causis secularibus, nisi quando aliunde veritas constare non possit. Puellæ autem sæculares non sunt exemptæ à potestate seculari fori.

1415 Gaudent privilegiis & indulgentiis virorum sui Ordinis, quibus sunt capaces: v. n. 471.

1416 Possunt per Procuratorem tenere infantes in Baptismo, quamvis non possint Monachi, quia sub ea prohibitionem non comprehenduntur.

1417 Abbatis eligenda esse debet ætatis annorum quadraginta expletorum, & professionis octo. Quod si nulla talis in Monasterio reperitur, potest dispensare Prælatum, ut eligatur, quæ trigesimali ætatis annum excedat. Monialis in infirmitate ægrotae suffragium est suscipiendum per disquisitum. Et servanda sunt dicta de electione à numer. 1277.

Suffragia dari debent per scrutinium secretum à Monialibus profectis, inter quas non veniunt Conversæ. Quantum ad ætatem suffragantium, standum est propriis statutis. Scrutinium, datis jam suffragiis, est disquirendum à Præside & disquisitibus quoad numerum, an scilicet numerus suffragiorum sit conformis numero vocalium; quo peracto, scrutinium est publicandum, minime quoad nomina suffragantium, quia hæc debent esse secreta; sed quoad nomina, quibus sunt suffragia lata, & quoad numerum suffragiorum.

1418 Prælatum Monialium debet electioni præsidere, & suffragia recipere, haud intus Clausuram, sed ad Crates.

1419 Potest tamen Clausuram ingredi in vilitatione, tres fecum ducendo socios. Item in casibus magnæ necessitatis, & ad Sacramenta ministranda, secum probum ducendo socium, uti ducere potest Confessarius.

1420 Moniales monende sunt, ut saltem semel singulis mensibus confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. sess. 25. c. 10.

CONFESSARIUM MONIALIUM.

1421 **N**on sufficit, si sint pro secularibus, sive approbati, sed requiritur, quod in specie sint approbati pro Monialibus. Approbatus pro uno Monasterio, aut pro una Moniali, aut pro una vice, non potest audire Confessiones alterius Monasterii, & respective alterius Monialis, aut alia vice, deputatione expleta. Clemens X. anno 1670. Superius, S. 2. ut infra Sac. Penit.

1441 Confessarii Monialium, quae Regularium gubernio subsumunt, non solum à propriis Praelatis, verum etiam debent esse approbati ab Ordinario loci; qui tamen non potest deputare quem vult, sed eorum deputatio, & praesentatio, ad ipsos Superiores Regularis spectat, & ab eis per proprias litteras patentes est facienda. Greg. XV. *Inferabili*. Confessarius autem ad triennium à Superiore Regulari deputatus, non potest ab Ordinario limitari ad annum; sed est vel ad triennium admittendus, vel absolute reiciendus. Constat ex Epistola S. C. Episcopo, & Reg. sub die 4. Maji 1696. Ordinario Catanensi apud Matthaeum *em. 1. sub tit. de Confessariis Monialium*, tenoris sequentis:

Referito in Sacra Congregatione dall' Eminenzissimo d. Adda, tutto ciò che V. S. ha rappresentato in ordine all' approvazione fatta da lei per un sol anno del Confessore ordinario, & deputato del Provinciale della Provincia Osservante in Sicilia, per lo Monache del Monasterio di S. Chigra all' Adorno di questa Diocesi, & suggerito all' Ordine de' Minori Osservanti di S. Francesco questi Eminenzissimi miei Signori sono stati di senso, ch' ella, o ammetta il Confessor deputato a compir il triennio, o assolutamente lo reietti: e che in avvenire debba così osservarsi al principio dell' approvazione di simili Confessori. Cito lo Signor idio la proferri.

1442 Moniales unius Monasterii non possunt virtute Jubilati, aut Bulla Cruciate, eligere Confessarium non approbatum pro illis, sed pro secularibus; aut pro Monialibus alterius Monasterii. Lantufca *ver. Jubilatum* n. 20. Matthaeucci *de Confessariis Monialium* n. Pelliz. *de Monialib.* cap. 9. num. 20. & 21. contra Peyr. tom. 3. cap. 4. n. 4. Pag. 325. Bouac. *de Sacr.* dist. 5. q. 7. §. n. 22. Port. & Summa Diane *ver. Jubilatum* n. 20.

Qui affirmant, id posse virtute Jubilati, quia attenda solita forma Jubilati apparet: Summum Pastorem tempore illo universalis gratiae nullum velle excludere à libertate via continentis peccata. Quod confirmat ex Conf. 17. Urb. VIII. *Poenitentia sollicitudo*, 28. Januarii 1624.

1444 Mea autem resolutio negativa probatur. i. ex Reg. 81. juris in 6. in generali concessione non venient ea, qui non esset verisimiliter in specie confessarii.

1445 Secundò, sequitur ex Bulla Clem. X. *em. 1.* n. 1421. & ex Bulla Urb. VIII. *in specula*, sub die 15. Junii 1630. ut sequitur:

In specula, &. Nos, &. Mea proprio, & Confessionem S. Cruciata, quae respectu secularium hujusmodi, etiam laicis, & Clericis secularibus, cuiuscumque status, gradus, & conditio-

nis, etiam specialis nosa digna, quoad casus referatos, etiam in Bulla Clementi Demetri (habetur excocepta) contentos, non nisi in forma confessionis, non autem in fore extorata, suffragari, aliorumque indultorum hujusmodi, quantum ad praedictum articulum eligendi Confessarium, & absolute ad tractandum à casibus referatis, etiam in Bulla Clementi contentis, cum Fratibus, & Monialibus Praedicti Fratrum Praedicatorum, & aliorum quorumcumque Ordinum, & locum minimè habuisse, neque habere, neque illis ullomodo suffragari potuisse, neque posse, & sic nostra intentionis fuisse, & esse, quod idem Fratres, & Moniales, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, & Ordinariae dispositioni suorum Praetorum, & Sedis Apostolicae quoad sua reservata subiecti sint, eorumdem tenore praesentium perpetuo declarant, & ac irritum, & inane, si secus, & c. Datum Romae, & die 16. Junii 1630.

Ubi per illa verba, aliorumque indultorum hujusmodi, excludit Jubilatum, ita ut velit, nec Bullam, nec Jubilatum, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, suffragari Regularibus, & Monialibus. Vide infra, de Bulla, Jubilato, & casibus referatis.

1446 Tertio, meum magis firmat sententiam Bulla ipsa Urb. VIII. n. 1423. relata pro parte opposita; nam ibi non dicitur absolute, ut Sanctimoniales eligere valeant Confessarios seculares, vel Regulares ab eisdem Ordinariis locorum probatos; sed additur: *Ab ipsorum Ordinariis locorum ad id probatos*; hoc est, ad minus Sanctimonialium Confessiones excipiendi probatos. Unde Bulla supponit Confessarios iam probatos pro illis. Generaliter autem approbatos pro secularibus non censeri approbatos pro Monialibus: Sed egero quoad hoc Praetis Episcopis approbato, decretum Clem. X. n. 1421. cit.

1447 Iisdem verbis usus est novissime Innoc. XII. in Bulla Jubilati anni sancti, quae incipit, *Poenitentia sollicitudo*, edita 19. Januarii 1700. ubi concedit Jubilatum anni sancti Monialibus; & facultatem eligendi pro reservatis Confessarios: *Ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos*. Quod clarius? Vide infra de Bulla Cruciate.

1448 Id verum est, Ordinarios Jubilati tempore debere pro eis approbare plures, five seculares, five Regulares, quos aptos judicaverint, quosque Moniales ipse exoptaverint, ex Decr. S. Congr. Episc. & Reg. 24. Martii 1624. apud Lantufcam cit. ut eos Moniales pro majori suo spirituali solamine eligere valeant ad effectum Jubilatum lucrandi juxta intentum Pontificis.

1449 Quantum verò ad Religiosos, fateor posse

posse virtute Jubilati sibi eligere Confessarium etiam secularem ab Ordinario loci approbatum, à quo à reservatis absolvantur, nisi aliud in contrarium in forma Jubilati exprimat, quod haecenus non est expressum, & Tamb. tom. 2. pag. mihi 37. n. 40. Quis declaratio contraria Pontificum est expresse edita pro Bulla Cruciate, minime pro Jubilato; maxime cum Jubilatus solum ab ipsis Superioribus Regularibus Religiosis proponi.

1450 Reservatio casuum facta pro Monialibus, non comprehendit puellas seculares ibi detentas, quia non sunt Moniales; nec Novitias, quia haec in odiosis non veniunt nomine Monialium.

1451 Confessarii Monialium, tam ordinarii, quam extraordinarii, esse debent aetatis quadraginta annorum, & specialiter pro Patribus Reformatis Ordinis Minorum de Observantia, declarat Sac. Congr. Concil. sub Alexand. VIII. 26. Novembris 1689. ut in Archivio Provinciae in Conv. S. Mariae Extraordinarii Panormi.

1452 Confessarius ordinarius Monialium, non potest in eodem Monasterio deputari, nisi ad triennium. Sac. Congr. apud Gavatum. Quo casu, potest pro alio Monasterio ordinarius deputari, & pro eodem extraordinarius. Imo qui in supplementum Confessarii ordinarii per menses aliquot minus Confessarii in aliquo Monasterio exercuit, si Confessariorum ordinariorum mutatio contingat, poterit ad triennium, mensibus illis non computatis, in eodem Monasterio pro ordinario deputari, quia cum simus in odiosis, Sac. Congr. Decr. est benigne intelligendum de deputatione ordinaria, minime accidentaliter in supplementum.

DE INGRESSU CONFESSARII ORDINARI

1453 **B** Reviter Mendo in epist. *ver. Monialia*, cum multis ait:

Potesse Confessarium ingredi ad ministranda Sacramenta Moniali egrotanti, non solum in periculo mortis, sed quoties ipsa pro sua devotione velit, seu quoties sana solum Sacramenta recipere, etiam si id faceret quotidie; nam eo solatio spirituali non est privanda, quo plus indiget agra, quam sana; eaque est causa ingrediendi, eique sufficit licentia, quam habeat, dum justa ad sit causa. Similiter potest ingredi ad assistendum moribundae, quousque de vita decedat. Ingressu autem ad sepeliendas defunctas, servanda est consuetudo cuiusque Monasterii.

Imo potest etiam nocte ingredi ad assistendum moribundae, si opus fuerit.

1454 In praemissis autem casibus, debet pro ingressu à Superiore habere licentiam nisi periculum sit in mora, & tempus non suppetat ad petendum. In quo casu periculi, in defectum Confessarii deputati, potest ingredi quilibet promptus Sacerdos ad Confessionem excipiendam moribundae. Idem die de Medico, Pelliz. *de Monialib.* c. 5. n. 164.

CONFESSARIUS EXTRAORDINARIUS

1455 **E**X Trident. *sess. 25. c. 10.* est ibi, aut ter in anno Monialibus ab Ordinario offerendus praeter Ordinarium. Et qualibet vice assignari solet per integrum mensem, ferre mense Januarii, Maji, & Septembris. Verba Trident. sunt: *Praeter ordinarium autem Confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat.*

1456 Per hoc autem non prohibetur, quin possit pluries extraordinarius deputari; sed quoties opportuum judicaverit, poterit Praetor paterna benignitate deputare, Pelliz. *de Monialib.* c. 10. n. 250. quia inclusio unius, non est exclusio alterius. Et sufficit probat, & monet Pelliz. *cit.*

1457 Extraordinarius tempore deputationis pro Communionis, & maxime pro ingressu intra claustrum ad communicandum, ad infirmam Confessionem excipiendam, seu ad assistendum moribundae, indiget speciali licentia. Poterit tamen Praetor Sacerdotem secularem, aut regularem, quem opportuum judicaverit, deputare, ut alicui infirmam intus Monasterium afflaret, & cuncta usque ad mortem praeter, quae Confessarius ordinarius. Pelliz. *cit.* n. 249.

1458 Confessarius extraordinarius deputatur pro uno mense ad audiendas Confessiones Monialium alicujus Monasterii semel in hebdomada, si in aliquo hebdomada non sit ea licentia usus, poterit ea uti alia hebdomada, ejusdem tamen mensis, non alterius, etiam si sequenti mense de novo pariter deputetur. Ratio desumitur ex verbis Bullae Clem. X. *Superna*, num. 1043. *cit.* §. 3. *Idemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro una vice audiendas, band post expleta deputatione, in vim approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire.*

Ex quibus verbis sequitur, intra mensem illum posse; quia pro eo non est expleta deputatio, sed durat: pro alio vero mense, etiam immediato, deputatio mensis prioris